# TRACTATUS, MORS OMNIA SOLVIT, SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI, IC. EQVITIS S. Stephani, & Protonotarij Apostolici: multo nunc, plurimis quibus prima scatebat editio, mendis sublatis, emendatius recusus.

*Accessit Index rerum & verborum accuratissimus.*




*FRANCOFORTI,*
Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.
*M. D. LXXIIII.*

# REVERENDISSIMO LVDOVICO Antenoreo Episcopo Volaterrano,

Sebastianus Med. S. P. D.

*ERAT olim Persarum institutum Reuerendissime Antistes, ut rem sacram facturi de pietate, Magistratum creaturi de Iustitia, congressuri cum hoste de fortitudine sermonem haberent, ut omne quod eo tempore fieri oportebat, summa prius ratione praemeditatum, & alacri animo confirmatum ab illis videretur: quorum exempla mihi modò sanè ante omnia sequenda esse constitui, qui cum de Morte in hoc praesenti opusculo mihi agendum fore proposuerim (ne illo-*

tis, vt aiunt manibus, rem istam aggredi sentiam) hoc vnum ego dicere decreui: nihil esse vtilius, ac magis necessarium ad bene, beateq́; viuendum, quàm continua meditatio mortis, ab ipso diuino Platone vera Philosophia nuncupata: quandoquidem ea nos cuncta huius seculi mortalia caduca esse doceat: illa enim hominem multis calamitatibus eximit, nec non ad veram fœlicitatem ducit, è maximis tenebris, in clarissimum vindicat locum, & denique ab exilio nos in nostram patriam reuocat: vnde hi soli, qui omnem curam in bonis huius seculi ponunt, terribile esse putant deleri de hominum vita. nam spretis deiectisq́; omnibus virtutibus animi, Fortunæ corporisq́; totos se commodis tradunt, quæ plerunq́; eos miseros, & infœlices reddunt. Animo igitur sæpe reuoluendum est à nobis

*bis, quàm breui tempore iĳsdem carere debeamus: dum hæc nostra tam culta caro morte præuenta paulo post tabefacta corrumpitur. diuitiæ autem cum dignitatibus paruo momento quotidie (vt ita dicam) fortunæ cœcæ arbitrio conferuntur: hæc enim humanum genus testatur, quod sicut fœlicißimũ omnium, ita omnium miserrimum vocatur. Quæ quidem, vt facilius meditentur, hunc meum (quamuis breuem) Tractatum in lucem edere pro communi omnium vtilitate operæpretium esse existimaui, tuoq́; clarißimo nomini dicare in animum induxi meum, optime Pater, vt apud omnes eruditos viros magis acceptus fiat, quem vt accipias, te etiam atque etiam rogo: Spero tamen (ni fallor) quod ille te delectare, aliisq́; multũ prodesse poterit, Vale. Florent. 8. Idus Maij.* 1574.

# SEBASTIANI MEDICIS

## *Tractatus,*

### MORS OMNIA SOLVIT, pars prima.

### SVMMARIA IN PRIMAM partem huius Operis.

1 *Mors omnia soluit.*
2 *Diuisionis virtus quanta sit?*
3 *Præmissa quid operentur?*
4 *Forma dat esse rei.*
5 *Inuocatio diuini nominis est facienda in initio operis.*
6 *Definitio est initium cuiuslibet operis.*
7 *Mors est separatio animæ à corpore.*
8 *Corpus est animæ sepulcrum.*
9 *Mors vnde dicatur.*
10 *Statutum mentionem faciens de mortuo, locum non habet in vulnerato ad mortem.*
11 *Verba statutorum propriè intelligi debent.*
12 *Proximus morti quis dicatur?*
13 *Vulneratus ad mortem mortuo æquiparatur.*
14 *Proximè accingendus habetur pro accincto*
15 *Proximus morti non habet velle, & nolle.*
16 *Laborare in extremis quis dicatur.*
17 *Vulnerans aliquem ex interuallo, si moriatur, tenebitur de vulnere, & de homicidio.*
18 *Conditio de filijs natis verificatur, & si statim atque nati sunt, moriantur.*
19 *Quæ sunt per modum conditionis, paruo momento verificantur.*

20 Mori

20 *Mori ilicò dicitur, qui statim post Baptismum mortuus est.*
21 *Mori non dicuntur non nati.*
22 *Mors dicitur duplex.*
23 *Mors ciuilis vtrum æquiparetur morti naturali?*
24 *Legatum alimentorum factũ mortuo ciuiliter valet.*
25 *Conditionis implementum dicitur facti.*
26 *Restituere coactus hæreditatem post mortem non intelligitur de ciuili.*
27 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casu à iure expresso.*
28 *Statuto quo cauetur, quod mortua vxore restituatur dos, non intelligitur de morte ciuili.*
29 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando operatur eundem effectum.*
30 *Mors ciuilis æquiparatur morti naturali, quandò eundem operatur effectum: Quomodo intelligatur.*
31 *Mors est triplex.*
32 *Mortis appellatione continentur, tam ciuilis, quàm naturalis.*
33 *Mortis mentio an fiat in dispositione legis an hominis multum interest.*
34 *Excommunicatio æquiparatur morti.*
35 *Deus est vita animarum.*
36 *Excommunicatus æquiparatur bannito.*
37 *Fideicõmissum habet locum sequuta morte naturali.*
38 *Verba naturaliter non ciuiliter intelligi debent.*
39 *Patria potestas amittitur per interdictũ aquæ, et ignis.*
40 *Mors ciuilis non tollit iura gentium.*
41 *Relegatus non potest testari de bonis illius ciuitatis.*
42 *Seruus quod attinet ad ius ciuile pro mortuo habetur.*
43 *Monachus dicitur mortuus mundo.*
44 *Monachus & seruus æquiparantur.*

45 *Statutum de lucranda dote post mortem, an habeat locum post ingressum religionis?*

46 *Monasterium habetur loco filij.*

47 *Donatio causa mortis post mortem ciuilem non confirmatur.*

48 *Expressum facit cessare tacitum.*

49 *Aequipollentium eadem est natura.*

50 *Mortui ciuiliter qui dicantur.*

51 *Mors ficta æquiparatur veræ.*

52 *Mors ficta quæ dicatur?*

53 *Fictio in casu mortis locum habet.*

54 *Mortuus in carcere præsumitur culpa custodis.*

55 *Mulier prius mortua præsumitur, quàm vir.*

56 *Statutum de lucro dotis non habet locum, quando maritus paruo tempore superuixit.*

57 *Mori cum aliquis prius requiritur, non sufficit quod simul moriantur.*

58 *Monasterium ingredientes vir & vxor, nullus lucratur dotem.*

59 *Mortuus semper prius præsumitur donator.*

60 *Pater prius præsumitur mortuus, quàm filius.*

61 *Filius in bello prius præsumitur mori, quàm pater.*

62 *Præsumptio mortis patris, & filij, qualiter sit facie͂da.*

63 *Mortuus prius præsumitur aggressor ex duobus digladiantibus.*

64 *Arbitrio iudicis relinquitur quis prius fuerit mortuus.*

65 *Præsumitur homicida fortior, & armatus.*

66 *Mortuus præsumitur quis ab habitantibus.*

67 *Arbitrio iudicis relinquitur an quis ex vulnere fuerit mortuus,*

68 *Medicis peritis in arte standum est.*

69 *Medicus si non adhibeatur, culpa præsumitur.*

70 *Mortuus à pluribus vulnerantibus præsumitur in dubio à pluribus vulneratus.*

71 *Vulne-*

71 *Vulneratus in infirmitate præsumitur ex infirmitate mortuus.*
72 *Mors à quo probari debeat?*
73 *Fundās se siue in morte, siue in vita, probare illā debet.*
74 *Viuere præsumitur quilibet vsque ad centum annos:*
75 *Mors probatur aperto testamento.*
76 *Mortuus præsumitur quis, quando ingreditur ciuitatē, nec amplius visus fuit.*
77 *Mors post nouum de morte præsumitur, si modò tempus quinquennij intercessit.*
78 *Mors animalium qualiter probetur.*
79 *Mors per vnum testem an probetur.*
80 *Mors per famam probatur.*
81 *Mortis probatio requiritur plena in criminalibus.*
82 *Mors probatur ex libris rectoris ecclesiæ.*
83 *Probationes violentæ sufficiunt cum de modico præiudicio agitur.*
84 *Mors probatur iuramento asserentis in leuißimo præiudicio.*
85 *Mors probatur per ea, quæ mortuis accidunt.*
86 *Vulneratum esse credimus ab aliquo, qui vulnerantem in articulo mortis fatetur.*
87 *Mors probatur ex eo, quòd quis aliquem vidit esse talem, qui de neceßitate viuere non poterat.*
88 *Mors probatur ex eo, quòd inter consanguineos ita est habitus.*
89 *Mors probatur si testis dicat, quem vidisse mori.*
90 *Mors probatur per coniecturas,*
91 *Mortuus præsumitur ille, qui de conflictu non est visus exire.*
92 *Mortuus præsumitur si nuncq non reperiantur.*
93 *Mors probatur per productionem alicuius instrumenti facientis mentionē de aliquo per dictionem, quondam.*

94 *Mors plenè probari debet cùm agitur de præiudicio irreparabili.*

95 *Absentia longa,& mors æquiparantur.*

96 *Resurgens mortuus recuperat bona.*

97 *Absens ex iusta causa si reuertitur,recuperat sua bona.*

98 *Mortuus in corpore non punitur.*

99 *Matrimonium ad effectum consequendi legatum in aliquo casu æquiparatur morti.*

100 *Tortura,& mors æquiparantur.*

101 *Somnus æquiparatur morti.*

102 *Dormiens an puniatur de delicto commisso in somno?*

103 *Paupertas æquiparatur morti, vbi amplé de paupertatis materia.*

104 *Negligentia æquiparatur morti.*

105 *Exhæredatus,& mortuus æquiparantur.*

106 *Voluntas morte soluitur.*

107 *Legatum morte finiri.*

108 *Sententia iudicis perpetuò adstringit.*

109 *Statutum durat post mortem statuentium.*

110 *Successor tenetur quando nomine dignitatis aliquid actum est.*

111 *Voluntas morte soluitur,quomodo intelligatur,*

112 *Actus morte agentis soluitur.*

113 *Mortuus,& ad mortem vulneratus æquiparantur.*

114 *Mortuo æquiparatur ille, qui positus est in articulo mortis.*

115 *Ebrietas æquiparatur morti.*

116 *Testamentum in ebrietate factum non valet.*

117 *Ebrius non potest esse testis.*

118 *Matrimonium contractum in ebrietate nullum est.*

119 *Ebrietas furor est.*

120 *Pacem non frangit qui aliquem percutit in ebrietate.*

121 *Ebrietas leuis non minuit pœnam ordinariam.*

122 Glo-

122 *Glorians de delicto commisso in ebrietate punitur.*
123 *Furiosus mortuo æquiparatur.*
124 *Afflictio non est addenda afflicto.*
125 *Furiosus æquiparantur absenti & ignoranti.*
126 *Furiosus quando puniatur.*
127 *Furiosus factus sua culpa punitur.*
128 *Furiosi nulla voluntas.*
129 *Furiosus dicitur ille, qui coram populo clamat:*
130 *Furor præsumitur durare per triennium.*
131 *Furor reuocat mandatum.*
132 *Infirmitas grauis æquiparatur morti.*
133 *Infirmitas, quid sit.*
134 *Infirmitas corporis vnde veniat.*
135 *Infirmitas qualiter probetur.*
136 *Infirmitas excusat à multis.*
137 *Infirmus delegatus subdelegare potest.*
138 *Infirmitas propter peccatum hominibus venit.*
139 *Tempus pestis dicitur tempus mortis.*
140 *Senectus magna morti similis dicitur.*
141 *Peregrinantes dicuntur in periculo mortis.*
142 *Mortuus suspendi non potest.*
143 *Cadauer quando suspenditur, fit ad terrorem.*
144 *Crimina morte tolluntur.*
145 *Mortuus resurgens beneficia non recuperat, nec etiam vxorem suam.*
146 *Resurgens non est iterum ordinandus, si antea erat in sacris ordinatus.*
147 *Condemnatus ad mortem si ab inferis resurgat non punitur.*
148 *Mors condemnato prorogatur multis modis.*
149 *Prorogatur mors si accusetur condemnatus de crimine grauiori.*
150 *Mors prorogatur per appellationẽ à sententia mortis.*

OPERIS

# OPERIS HVIVS
## *Pars prima.*

QVia mors omnia † ſoluit, §. deinceps, 1
Auth. de nupt. l. 1. C. ne ex delicto def. §. non autem. Inſt. de perpet. & tempor. act. §. nos autem. Inſtit. de pub. iud. Doct. Com. c. priuilegium. de reg. iur. 6. l. maritum. ff. de ſolut. l. ſi filio. ff. ſol. matr. Alex. l. nõ tantum. ff. de re iud. Hoſt. in Summa, de offic. deleg. nu. 3. c. quorundam. 23. diſtin. Aret. §. publica. num. 3. Inſt. de publ. iud. Angel. in tract. malef. ver. dominus. num. 41. Gomeſ. §. ſupereſt. num. 19. Inſt. de act. l. diuus. ff. de accuſat. Dixi ego in meo tractat. de legibus & ſtat. par. 4. q. 30. num. 5. Paul. conſil. 45. vol. 3. num. 22. Cagnol. l. Neratius. num. 1. ff. de reg. iur. l inter. ff. de mand. l. Titio. ff. de vſufructu. §. finitur. Inſtit. eod. Dec. l. pupillum. §. in hæredes, num. 3. ff. de reg. iur. l. defuncto. ff. de publ. iud. l. 1. & ſeq. C. ſi reus, vel accuſ. vtiliſsimum eſſe duxi in hoc præſenti tractatu ſummo cum ſtudio, ac diligentia ponere, quomodo, & quando hoc dictum procedat: pro cuius clariori intelligentia hoc opus in tribus partibus diuidã. Diuiſio enim operis animum legentis incitat, memoriam artificiosè reformat, glo. §. igitur. ver. † partiri. in proœm. Inſt. 2
dixi ego in tract. de leg. & ſtat p. 3. q. 19. num. 6. Totum iſtum tractatum tres principales partes continebunt, in quarum prima, nõnulla præmittam, quæ cõducere videntur ad rei declarationẽ, iuxta

ta not. l. proponebatur. ff. de castr. pec. l. 1. ff. de
3 orig. † Iur. l. 1. ff. de dol. mal. exc. l. 1. ff. si. cert. pet.
Dixi ego in tract. de defin. in procem. num. 22. In
secunda ponam casus, qui morte soluuntur: In
tertia autem casus ponentur, qui morte non extinguuntur: & hæc erit forma, quæ dabit esse huic
4 nostro † tractatui, l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad
exhib. Dixi ego in tract. de reg. iu. Reg. 6. num. 1.
latiss. per totum: Et inuocato in primis, & ante
omnia diuino Trinitatis presidio, quod mihi pre
5 stet bonum initium, † melius medium, & optimum finem. c. in nomine domini. de testibus. l.
Deo nobis. C. de episco. & cleric. dixi ego in tract.
de compensat. in procem. num. 3. à definitione
initium sumam. quia omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione
6 proficisci, † vt intelligatur, quid sit id de quo disputatur. Cagnol. l. omnis definitio; num. 4. ff. de
reg. iur. Dixi ego in d. tract. de defin. in procem.
num. 1. & seq. latissimè.

Primo igitur præmitto, quod mors est separa-
7 tio animæ à corpore, Iohan. Bellon. in tract. Etymol. ver. mors, not. l. si mater. C. de inst. & subst.
Rebuff. in Praxi benef Reg. de infirm. benef. resign. glo. 11. Roland. in tract. de lucro dot. q. 95.
num. 8. Hyppol. in praxi crimi. §. & quia. num. 28.
Augustin. Ber. consil. 102. nu. 4. vol. 2. l. si quis sic.
ff. sol. mat. l. moris. ff. de pœn. Iacob. in suo lexic.
Iur. ver. mors. August. cons. 76. nu. 128. vol. 1. Cic.
Tuscul. sunt qui discessum animi à corpore putent esse mortem: & Horat. lib. 1. Epist. epist. 17.
Mors vltima linea rerum est, idem Cic. 1. Tusc.
vbi

vbi mors est discessus animæ à corpore: corpus enim est animę † sepulcrum, Plato in Cratylo. re- 8
fert. Tiraq. in tract. de nobil. c. 31. nu. 506. dicitur auté mors à morsu primi hominis, qui per esum pomi mortem incurrit, † Cardin. Clem. 1. tit. vt 9
lit. pend. Bertac. in suo Reper. ver. mors vndè Apostolus, per vnum hominem introiuit peccatum in mundum, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, cap. 5. ad Rom. & alibi idem dixit, statutum est omnibus hominibus semel mori: cap. 9. ad Heb.

Secundo præmitto † quòd statutum mentio- 10
nem faciens de mortuo non habet locum in vulnerato ad morté, quia verba in statutis propriè, non fictè sunt intelligenda, † præsertim in pœnali 11
bus, Doct. auth. sed nouo. C. de seru. fug. not. l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. obli. Bart. l. hæres. ff. de acq. hæred. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Bal. l. meminimus. C. de leg. hæred. Spec. tit. de accus. §. 1. col. 2. Ampl. hoc idem in consuetudine. Abb. consil. 77. vol. 1. conc. l. damni. §. Sabini, ff. de damno inf. Bald. l. non quemadmodum. ff. de iudic. Bart. l. si vulneratus. ff. ad l. Aquil. Bal. Rubr. ff. de exc. tutor. c. 1. col. 1. quib. mod. feud. amitt. Hyppol. in Praxi crimin. §. quoniam. num. 60. & §. sequitur. nu. 23. & §. & quia. nu. 35. idem in Rubr. extr. de homic. num. 28. l. item. §. Celsus. ff. ad l. Aquil. l. huic. ff. eod. Fel. c. de cœtero. eod. tit. de homicid. Rom. sing. 256. Crem. sing. 55. Mars. l. 1. vers. 15. ff. de sic. Non enim verè mortuus est, † qui adhuc viuit, leg. qui duos. ff. de man. test. l. 12

in hac.

in hac, ff. de tritic. Qua tamen in re ita distinguendum est: Aut sumus in casu, in quo actus consummatus requiritur, aut non: primo casu procedit opi. Com. qua habetur, quod vulneratus ad mortem non habetur pro mortuo, secundo autem ca
13 su, † vulneratus ad mortem mortuo ęquiparatur, ità firmat Bald. l. 1. C. de nundin. c. 1. quib. mod. feud. amitt. glo. Inst. de le. Fus. Can. toll. versi. morientibus, quod enim est proximè actui, pro actu iudicatur, non enim illud paruum momentum consideratur, sicuti dicitur, quæ in continenti fiunt, censentur in esse, & proximè accingendum,
14 haberi pro accincto, ac etiam † quod parũ distat, nihil distare videtur. de quibus omnibus dixi ego latè in tract. de reg. iur. reg. 5. per totum, & ampl. 163. Et in termin. huius pręmissi facit deci. Aflic. 236. tit. de nato in octauo mense. nu. 4. vbi tenet pro mortuo haberi illum, qui viuere non potest, Doct. Com. l. septimo mense. ff. de stat. hom. in materia indifferenti moriens dicitur proximior mortuo, quàm viuo † nõ enim habet velle, neque
15 nolle, gl. l. fin. ff. quando dies leg. ced. Salomon l. Gallus. §. quidsi, nu. 48. ff. de liber. & posth. vndè in puncto ipso mortis magis mortuus, quàm viuus dici debet, glo. & Doct. l. fin. ff. quando dies leg. ced. l. 1. §. si emancipato. ff. de coll. bon. l. qui duos. §. 1. ff. de man. test. Tiraq. in tractat. de iure const. 3. par. limit. 2. num. 12. Signorol. consf. 578. Bald. l. fin. C. de bon. quæ liber. Paul. consil. 241. vol. 2. Ias. l. si quis posth. §. si filium. ff. de liber. & posth. Bertr. consi. 19. vol. 1. Barbat. c. Rayn. colu.
16 2. de testa. Et ille dicitur † in extremis laborare,

qui ex

qui ex tali infirmitate defecerit sine vllis sanis interuallis. l. alumne. §. fin. ff. de adim. leg. Bald. c. 1. col. fin. de pace Const. Bart. l. 1. quæst. 3. C. de sacr. sanct. Eccl. Ias. l. si quis posthumos. §. si filium. nu. 43. ff. de liber. & posth. Ex hoc præmisso infero ad duo: Primò quod si quis ex interuallo vulnerauerit aliquem, & † occiderit, tenebitur de vulnere, 17
& de homicidio, secus si incontinenti, Bald. l. illud. §. 1. ff. ad l. Aqui. Bart. l. nunquam. col. 4. ff. de priu. del. l. quod ait. ff. de adult. gl. l. qui de crimine. C. de accusat. Bart. l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Anch. consi. 272. Bart. l. diuortio. ff. sol. matr. l. 4. C. ad l. Iul. de vi publ. Alber. in secunda part. stat. q. 34. Abb. c. 1. de pœn. Bal. l. quicunque. C. de seru. fug. Nell. in tract. Bannit. 3. par. q. 58. Mars. in Praxi crim. §. pro complemento. nu. 38. Secundò infertur, quòd conditio de filijs natis, verificatur in eo, qui statim atque natus fuerit, ilico decessit. † Quia ea, quæ stant per modum conditio- 18
nis, in paruo momento verificantur † l. qui res. §. 19
aream. ff. de sol. Tiraqu. l. si vnquam. ver. suscepit, num. 155. & seq. C. de reuoc. don. Ripa. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. Aret. consil. 50. col. 3. Alex. con. 139. nu. 3. vol. 6. Dec. consi. 139. Abb. cõs. 40. nu. 2. vol. 1. Ang. §. quoniã. auth. de nupt. & est Com. vt attestatur Phanucc. in tract. de luc. dot. vers. sine liberis, nu. 15. dixi ego in d. tract. de regul. iur. 5. limit. 9. & seq. & ilico mori dicitur qui ante Baptismum moritur. † Bald c. 1. §. 1. tit. 20
episc. vel Abb. secus est, si mortuus nascitur, quia qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari

potuerunt.l.qui mortui.ff. de verb.sign. nec mo-
21 ri dicuntur † non nati, quia mors est priuatio vitæ, quæ præsupponit habitum.l.decem.ff.de verbo.obl.l.Mæuia.ff.de hæred.inst. Aug. Ber. cons. 102.num.4.volum.2.

Tertio præmitto, quod duplex dicitur mors
22 per Doctores, ciuilis videlicet, & naturalis, † ita distinguunt c.cum quidã.de celeb. miss.Gemin. c.in præsentia. num. 4. de præb. 6. Phanucc. in tract. de lucr.dot vers.per mortẽ. nu.1.Port. Inst. quibus mod.ius patr.pot.solu.in prin. nu.7. Ias. l.Gallus.§.& quid si tantum. num.8.ff.de liber.& posth. idem Auth. si qua mulier. num. 15. C. de sacr.sanct.Eccl. Alex.l.si cum dotem.nu.12.ff.solu.mat.l.si decesserit. num.6. ff.qui sat.cogantur. Ioh.Crot.l.Gallus.§.& quid si tantum.num.15.ff. de liber.& posth. Ruin. d.loco, num. 3. Niconit. Rubr.ff.sol.matr.num.155.Bald. Nouell. l.1.nu. 425.ff.sol.matr.Doct.Com.leg.Deo nobis.C. de Episc.& cleric.Bart.l.1.§. qui habebat.ff.de bon. poss.contra tab.l.ex parte.§.si insulam.ff.de verb. oblig. Sed vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali? † Resp. distinguendo, quod aut sumus
23 in morte ciuili meritoria, & ista non æquiparatur morti naturali, l. deo nobis.§.1. C. de episc.& cleric. aut verò in morte ciuili demeritoria, & tunc si loquamur de his, quæ concernunt effectum iuris, vt succedere in hæreditatem, & testari, tunc æquiparatur naturali, not. Inst. quibus mod. ius pat.pot. solu.l.1.§.fi. ff.de contr. tabul. si verò loquimur in his quæ concernunt effectum facti, vel iuris naturalis, non æquiparatur naturali.

Vnde

Vnde licet non valeat legatum factum mortuo
naturaliter alimentorum : † valet tamen factum 24
mortuo ciuiliter, l. 2. ff. de his, quæ pro non scri-
pto habentur, eodem modo conditio, si moreretur, non verificatur, nisi per mortem natura-
lem. l. ex ea. §. insulam. ff. de verb. oblig. implemé
tum enim huius † conditionis est facti, l. qui hæ- 25
redi. ff. de cond. & demonstr. Item mors ciuilis
non æquiparatur naturali, † nisi expressè hoc di- 26
xerit lex, Iohan. Mon. c. placuit. 16. qu. 1. glos. c.
susceptũ, de rescr. 6. l. Statius. §. Cornelius. ff. de
iure fisci, vbi coactus restituere hæreditatem post
mortem suam, † non intelligitur de morte ciuili: 27
clem. ne Romani. de elect. Archid. c. veteri. 77.
dist. Anton. c. licet. de offic. dele. Bald. auth. si qua
mulier. C. de Episc. & cleric. Oldr. cons. 284. An-
gel. l. si decessit. ff. qui satisd. cog. Anchar. consil.
396 idem cons. 438. Alex cons. 282. vol. 2. Ias. l. in
pupillari. col. 2. ff. de vulg. not. l. furiosus. ff. qui
testam. fac. poss. vnde stante statuto, quòd mor-
tuo viro restituatur dos, † intelligi debet de mor- 28
te naturali, vt dicam in 2. par. in vers. matrimoni-
um, & vers. dos. Præterea mors ciuilis æquipara-
tur morti naturali, quando operatur eundem ef-
fectum, † Paris cons. 65. nu. 9. vol. 2. glo. c. susce- 29
ptum, de rescr. 6. Doct. Com. auth. ingressi. C. de
sacrosanct. eccl. c. cum sit, de conuers. coniug. c.
placuit. 16. qu. 1. Doct. l. Deo nobis. C. de episc. &
cleric. secus quando per ipsam vitiatur dispositio, quæ aliàs effectũ posset assumere expectando
mortem naturalé, l. interdicit, † ff. de cond. & de- 30
mon. l. res donatas C. de don. inter vir. & vxor.

Paris.conſ.5.num.154.vol.4. Ruin. conſ. 123.nu. 1. vol. 3. not. c. in præſentia. de probat. Alex. l. ſi cum dotem, num. 13. ff. ſol. matr. l. ſi deceſſerit, nu.6.ff.qui ſat.cog.Iaſ.auth.ſi qua mulier, nu, 16. C.de ſacroſanct.Eccl.l.ſi deceſſerit, nu. 10. ff. qui ſat.cog.ſecundum naturam mors eſt triplex: acer ba infantium † immatura iuuenum, matura au-
31 tem ſenum, Cardin.clem.1. vt lit. pend. colum.1.

Quartò præmitto † quod appellatione mortis
32 continetur tàm ciuilis, quàm naturalis, Iaſ.l.Gallus.§.& quid ſi tantum, nu.8. ff. de liber. & poſth. indefinita enim æquipollet vniuerſali. dixi ego in tract.de reg.iuris, reg. ſecunda. Sed quia hoc 4. præmiſſum fraternizat cum proximo præcedenti: ideo vltra adducta ſuperius ita diſtinguendo dico: aut mortis mentio fit in diſpoſitione legis,
33 aut verò in diſpoſitione hominis: primo caſu, aut fit mentio mortis in diſpoſitione legis canonicæ, aut ciuilis: primo caſu aut ſumus in materia pœnali aut non; primo caſu venit ſententia excom-
34 municationis, quia ipſa non imponit † pœnam ſanguinis. Valaſcus l. imperium, num. 180. ff. de iur. omn. iud. Abb. c. per venerabilem. qui fil. ſint leg. c. 1. de homicid. eſt enim ſeparatio animæ à
35 Deo, † qui eſt vita animarum, c. ſi quis non obed. de maior. & obed. gl. c. 1. de ſenten. excomm. Vnde excommunicatus æquiparatur deportato, gl. §. minor. Inſt. de ca. dim. Secundò æquiparatur relegato, glo. fina. cap. paſtoralis. de appell. Card. c. perpédimus. de ſenten. exc. Tertiò ęquiparatur
36 bannito †, Bald. l. 1. colu. 2. C. de hæred. inſtit. Gaſpar Valaſcus dicta l. imperium. num. 180. ſi

verò

verò non ſumus in materia pœnali, tunc appella tione mortis venit, tàm ciuilis, quám naturalis, quando ciuilis mors eundem operatur finem, quem mors naturalis. Vnde ſi fiat mentio mortis adhoc, vt locum habeat fideicommiſſum, intelligi debet de naturali, † Bald.l.cum acutiſsimi. C.
de fideicomm. l. ex ea. §.inſulam. ff.de verb.obli. 37
Bart.l cum pater.§.hæreditatem. ff. de leg.2. Car din.clemen. 1.q. 9.vt lite pend. Alex. l. ſi cum dotem, nume.12. ff.ſol.matrim. Paris conſil. 154. volum.4. Verba enim in his naturaliter, non ciuili-
ter debent intelligi, † Doct. Comm.l. Gallus.§.& 38
quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. l. fina. C. de his, qui ventr.nom. Iaſ. d.§.& quid ſi tantum, nume.6. Fortun.nume.63. Galiaula, nu. 5. Crot. num.12. Ruin. num.2. Qui omnes concl. idem eſſe in diſpoſitione legis ciuilis, & hominis. ex quo rum dictis eliciuntur plures concluſiones, quarum prima ſit; quod per interdictionem aquæ, &
ignis amittitur † patria poteſtas. Inſt. de patr. pot. 39
in princip. l. Ciuium. ff. de his, qui ſunt ſui: non tamen amittuntur iura gentium per hanc mor-
tem ciuilem, † l.quidam.ff.de pœn. Secundò amit 40
tit iura ciuitatis, ex qua eſt deportatus, non tamen alterius, l.relegatorum.ff.de interd.& releg. Bart.l. amiſsione. §. qui deficiunt.ff. de cap. dim. l. cum pater. §. hæreditatem.ff.de leg.2.l.ex facto §.ſi quis.ff. ad Trebell. Tertiò relegatus non po-
teſt teſtari † de bonis ſubiectis eius ciuitatis, Doct. 41
l.1.C.de hæred.inſt. Fort.l. Gallus.§.& quid ſi tan tum, nume. 21. ff. de liber. & poſth. Quarto ſeruus in iudicio eſſe non poteſt, l. ſeruus. de iud.

42 quia quod attinet ad ius ciuile, pro † mortuo habetur, l. quod attinet. ff. de reg. iur. Quintò Mona
43 chus dicitur mortuus mundo, † ideò testari non potest, nec esse testis. Iohan Faber §. testes. Instit. de testam. Doct. l. deo nobis. C. de episc. & cleric. Auth. ingressi. C. eod. æquiparatur enim Mona-
44 chus etiam seruo, † Salic. l. cum fundus. §. seruũ. ff. si cert. pet. Bart. l. si seruus. ff. de stip. seru. Bal. l. fin. C. quod cum eo. l. seruus. C. com. success. Iohan. And. c. quæ á iure. de reg. iur. 6. Bald. l. 1. C. de his, quæ pœnæ nom. Iohan. And. c. non est. de regu. iur. 6. Doct. l. interpositas. C. de transact. Bald. l. si liber. C. de cond. ob causam. Archid. c. Pastoris. 2. qu. 7. Abb. consil. 88. volu. 1. Doct. c. nisi essent. de præb. vnde pactum de lucranda dote post mortem verificatur per ingressum reli-
45 gionis, † Fortunius l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. numer. 65. Idem est, si quis grauatus fuerit restituere hæreditatem alicui, si decesserit sine filijs, nam per ingressum religionis locum habebit fideicommissum, si monasterium non fuerit capax propria posſidere, quia
46 alioquin monasterium habetur loco filij, † Fortun. dicit hanc esse Com. d. §. & quid si tantum, nu. 72. Bart. in tract. Minor. 3. par. vers. item Doct. Com. Auth. ingressi C. de sacrosanct. eccl. sicuti testamentũ confirmatur post professionẽ fratrũ minorum, Fortunius d. loco, nu. 76. Ex quibus videtur qualiter mors ciuilis æquiparetur naturali. Fallit primò in donatione causa mortis, †
47 quæ per mortẽ ciuilẽ non cõfirmatur, l. si aliquis. ff. de don. causa mort. Secundò fallit, quando de
morte

morte naturali fuerit facta specialis mentio, ex-
pressum enim facit cessare tacitũ, †c. susceptũ. de 48
rescr. Tertiò fallit, quando non militat eadem ra
tio nec operatur eundẽ effectũ, †Ruin.l. Gallus. 49
§.& quid si tantum.nu.14. ff.de liber.& posthum.
Socin.d.loco,nu.12. Salamon.nu.20. conc. cum
super.dictis Crot.d. loco,nu.25. Euer. in loco ab
æquip.nu.10. gl.c.susceptũ. de reg.iur.6. Rol. in
tract.de lucro dot.q.95. nu.2. decis.28.in nou.in
tit.de procur. Duen. tract. reg.in reg.in 259.col.
4.Port.cons.13. nu.18. Natta consil.282.nu.8.vol.
2.Mortui ciuiliter, mortui dicuntur, †vt mona- 50
chus, seruus, deportatus,excõmunicatus,banni
tus, & relegatus:amittunt enim non solũ ea, quæ
iuris municipalis sunt, Vant.in tract. de nullit.
tit. de nullit. ex defectu inhabil. seu mand. num.
51. Tiraq.in tract.de retr.§. 1.glo.9.num.28. Alex.
consi.26. num.1.vol.1. Corn.consil.55.nume.22.
vol.2.Nellus in tract. bannitor.q.5 & qu.37. par.
1. & 2. Mathesil. tracta. de success. ab int. artic.3.
num.37.Paul.cons.56.nu.1.vol.1. Ruin conf.123.
num.1.vol.4. Bald.in tract. stat. vers. sententiam.
num.8.Gozzad.consil.96.num 4.sed etiam iuris
ciuilis, Fortunius l. Gallus. §. & quid si tantum.
nume. 20. ff. de liber. & posth. Socin. consil.28.
num.14.vol.3. Paul. l. 1.num. 4. C.de hæred.inst.
Corn.cons.222.num.3.vol.1.Paul.cons.112.num.
2.vol.2.Ripa l.fin.qu.23.nu.86.C.de reuoc.don.
Curt. consil.182. nume. 7. Faber §.cum autem.
nu. 4. Inst. quib. mod.ius patr. potest. solu.Dec.
l.vt vim.num.19.ff.de iust.& iure,Ruin.consi.49.
num. volu. 4. consil.26.num. 5. volu.5. Claud.

d. l. vt vim. num. 18. ff. de iust. & iure Valascus l. imperium. num. 178. ff. de iurisd. omn. iud. Maranta l. is potest. num. 119. ff. de acqu. vel amitt. hæred. Dec. consil. 438. num. 8. Afflict. decis. 6. num. 4. Specul. in tit. de instr. ed. §. testamenta. num. 5. tit. de cess. act. num. 26. Bald. l. si qua pœna. num. 2. ff. de his, qui sunt sui. Alex. cons. 75. nu. 7. vol. 1. cons. 116. num. 3. vol. 2. Marsilius l. qui duobus. num. 15. ff. ad l. Corn. de fals. idem in praxi. crim. §. aggredior. num. 87. Corn. consil. 59. num. 2. volum. 1. Angel. in tract. de testamen. in princ. nu. 29. Bald. in tract. de pace const. nu. 82. Bellamera c. ex parte nu. 37. de alien. iud. mut. causa fact. Signorol. cons. 119. Barbatia cons. 42. vol. 3. Maran. in tract. de ord. iud. 4. parte, distin. 2. num. 7. Pontanus l. 1. num. 17. ff. de acq. poss.

51 Quintò ego præmitto, † quod quemadmodum mors ciuilis æquiparatur morti naturali, vt dictum est, ita etiam mors ficta æquiparatur veræ: tantum enim operatur veritas in casu vero, quantum fictio in casu ficto, l. 1. ff. de adop. l. cum oratione. ff. de excusat. tutor. & appello mortem fictam id quod morti simile est, quod esse potest
52 in duplici differentia: † Primò quatenus mors ciuilis dicitur, vt in superiori præmisso dictum est. secundò, prout proximus morti, vel ei similis dicitur, vt dormiens, ebrius, furiosus, infirmus, iracundus, senex, absens, pauper, & amans: Qui omnes repelluntur ab agendo, & excusantur, ac si mortui dicerentur, quemadmodum in octauo præmisso latiùs dicam de singulis suo loco.

53 Sexto præmitto, † quod quemadmodum fictio habet

habet locum circa mortem, ita etiam locum habebit præsumptio: vnde mortuus repertus in carceribus, lex præsumit mortuum esse culpa custodis, † l. fin. ff. de cust. reor. not. l. diuus. ff. de offic. 54
præs. l. carceri. ff. de cust. reorum. Aret. Consil. 38. Alciat. in tract. præs. reg. 2. præs. 15. nu. 5. Secundò not. quòd mulier prius præsumitur mortua, quàm maritus, si casu contigerit videre in dubio quis prius decessisse dicatur, † l. qui duos. §. si ma- 55
ritus. ff. de rebus dub. ideo portio dotis ad maritum, deinde ad eius hæredes pertinebit, Bart. d. l. qui duos. §. si maritus. vbi Doct. Com. ff. de reb. dub. gl. l. cum hic. §. si ambo. ff. de don. inter vir. & vxor. Signor. consil. 9. col. 1. Bald. l. pro hæreditarijs. col. 3. C. de hæred. act. Bald. & Alber. l. si possessor. vbi Asin. num. 5. ff. de relig. & sumpt. funer. Cremens. sing. 52. Lucas de Penna l. principes. in 44. casu. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. Quod dictum procedit, si statutum de vxore in matrimonio decedente loquatur: si verò de vxore prædecedente, vt quia si vxor prædecesserit, lucrum dotis, vel eius partis maritum facere velit, contrarium verius esse putant. † Quandoquidem si simul 56
moriantur, non præsumetur maritus superuixisse, ita vt tale lucrum faciat, Paul. l. qui duos. §. si maritus. l. quod. ff. de reb. dub. Quia cum requiritur aliquem præmori, non sufficit quòd simul moriantur, vel nō apparere quisnam prius mortuus sit, sed euidenter id apparere debet, † Paul. l. si in- 57
ter. colu. 2. ff. de reb. dubijs. Signor. cons. 9. Præp. c. fin. colu. 4. de don. inter vir. & vxo. ob id enim quod prius decesserint, confunditur prius, ac po-
 sterius.

ſterius. l. Aretuſa. ff. de ſtat. hom. Doct. Com. l. Deo nobis. C. de epiſc. & cleric. vbi ambo ingreſ-
58 ſi ſimul monaſterium nemo lucratur dotem, † Anch. conſil. 273. & conſil. 438. Doct. in Rubr. ff. de reb. dub. Ioan. Anan. c. fin. de don. inter vir. & vxor. Rol. in tract. de lucr. dot. q. 60. add. ad Abb. c. contingat. de reſcr. Aſinius d. l. ſi poſſeſſor. nu. 6. de relig. & ſumpt. funer. in donatione tamen inter virum & vxorem, maritus ſeu donator ſem-
59 per prȩſumitur † prius mortuus, Anch. con. 438. Marſil. in Rubr. de prob. nu. 416. Doct. l. ſi inter. ff. de reb. dub. Aſin. dicto loco, num. 6.

60 Tertiò not. † quòd in dubio prius mortuus præſumitur pater, quã filius, ſiuè de morte naturali, ſiue de violẽta nos dicamus, priùs. n. natus priùs præſumitur mori, not. l. ſcripto. ff. Vnde liberi. l. nam & ſi. ff. de inoffic. teſtamento. Bart. leg. qui duos. §. cum in bello. le. cum pubere. ff. de reb. dub. Decius conſil. 250. num. 2. in bello tamen, vel in naufragiis priùs filius † impubes mortuus
61 præſumitur, quam pater, vel mater propter tene ram, ac imbecillem ætatem, l. inter ſocerum. ff. de pact. dot. Aſin. l. ſi poſſeſſor. nume. 5. ff. de rel. & ſumpt. fun. gl. dict. l. inter. Paul. conſ. 101. volu. 2. Maranta in tract. de ord. iud. in procem. num. 15. not. l. liberorum. ff. de verb. ſign. Auguſt. B. conſi. 98. num. 10. volu. 2. Fallit ſecundò fauore patro-
62 ni, ne excludatur à ſucceſsione liberti. † Tertiò fallit, quando facta fuiſſet ſubſtitutio hoc modo, videlicet ſi deceſſerit ſine liberis, & ipſe deceſſerit ſimul cum liberis, tunc filij primò præſumuntur mortui, ne excludatur ſubſtitutus, l. ex facto.

§. ſi

§. si quis autem. ff. ad Trebell. Paul. l. si inter. num. 4. ff. de reb. dub. l. qui duos. §. cum in bello. num. 1. ff. eod. Quartò not. quòd ex duob. simul digladiãtibus, præsumitur, eum, qui mortuus est, fuisse aggressorẽ, † & hoc fauore viuentis. l. 1. §. cum 63
arietes. ff. si quadr. pauper. fec. dic. Faber §. ius autem. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. Alciatus tract. de præsum. Reg. 3. præs. 39. vbi in termin. ampl. & declarat. Iacob. Menoch. in tract. de Arbitr. iud. lib. 2. centuria 4. cas. 363. nu. 19. † dicit hoc esse iu- 64
dicis arbitrio: & hoc, nisi vnus ex his antea iniuria fuerit affectus, Felinus c. dilecti. num. 14. de except. Cæpolla consil. 8. Alex. consil. 14. num. 9. volu. 3. Grammat. consi. 29. nume. 16. Blanch. in praxi crimin. in vlt part. nu. 14. item declaratur, nisi vnus armis armatus, ac valde munitus fuerit repertus, le. 3. §. vi. ff. de vi & vi arm. item fortior validiorq; & sui natura rixosus, † Cæpolla consil. 65
28. Alciat. dicto loco, nume. 4. Boër. quæst. 237. nume. 2. consil. 36. volum. 2. Crau. consil. 119. num. 9. not. l. 1. C. ad l. Corn. de sic. Gramm. consil. 29. num. 18. Marsil. consil 51. num. 46. Cardin. clemen. 1. qu. 33. de homicid. Boër. q. 237. num. 2. Innoc. c. significasti. de homicid. Bald. l. 1. num. 7. C. vnde vi. † Quintò not. quod mortuus præsumi 66
tur quis ab habitantibus, item, & ab eo, qui frequentius in strata transire solebat, si in strata repertus fuerit mortuus, item & ab eo, qui ducitur coram cadauer, quod sanguinem emittit propter præsentiam eius. Paris in tract. de Syndic. vers. tortura, Marsil. in praxi crim. §. diligenter. nu. 81. Blanch. l. fin. num. 408. ff. de quæst. Iacob.
Menoch.

Menoch.in tract.de arbitr. iud. lib.2. cent. 3.caſ. 270.nu.18. Sextò not. quòd quandò non habe-
67 tur † certa coniectura an vulneratus ex vulnere mortuus dicatur, hæc tota præſumptio relinquitur arbitrio iudicis, Cæpolla conſi.41.col.3.Marſil.conſ. 7.num.28.l.quæſtionis.nu.32.de quæſt. Grammat. conſi.49. num. 3.l. quod ſi. §. mancipium.ff.de ædil.edicto. Menoch.tracta.de arbitr. iudicum, lib. 2. centuria 3.caſ.275. Qui iudex iudicio medicorũ ſtare debet, an ſcilicet mortuus
68 fuerit ex vulnere, †an ex negligentia medici, Aegidius Boſsius in tit. de homicid.num.15. ſi autem deceſſerit infra paucos dies, prȩſumitur deceſsiſſe ex vulnere illato, Fel.c.presbyterorum. de homic. Socin.conſil.178.colu.2.gl.l.1.C. de emend. ſeru.c.2.de cleric.perc. not. c. ſignificaſti. de homicid. Boër.qu.223. Decius conſil.145.num.7. Alexan conſil.148.vol.1.c.2.de clerico perc.Præpoſ.c.ſi qua pena.50. diſtin.& præſumitur culpa, ſi medicus nõ adhibetur, † vel ſi imperitus fuerit
69 adhibitus, Bart.l.ſi in rixa.ff.de ſicar. glo.& Doct. l.1.C.de emend.ſeru. Alber.in tract. ſtat.par.2.q. 36.Gandin.in tract.malefic. in tit. de homicidio. vbi concludit in dubio mortuum eſſe ex vulnere,
70 Anchar. conſ.285. Septimò not. † quòd mortuus ex pluribus vulnerantibus, in dubio præſumi debet ab omnibus fuiſſe mortuus, not. Menoch. in tract.de arbitr.iud.lib.2. centuria 4. num.18. vbi concludit eos puniri arbitrio iudicis. Octauò, &
71 vltimò not. in hoc ſexto præmiſſo, † quòd vulneratus in infirmitate præſumitur ex infirmitate mortuus, non autem ex vulnere, niſi aliter clarè conſti-

conſtiterit,not.c.2. de clerico percuſſore, l. con-
tinebatur. de homicidio. l. item. §. Celſus. ad le
Aquil. Socin. c.ad audientiã. q.7. de homicid: &
hoc dictum procedit quo ad diſpoſitionem Reg.
Cancell. de infirm. benefic. reſign. ſecus autem
quoad delinquentem, l.vnica. C.de emend.ſeru.
Fel.c.presbyterorum,de homicidio,Rebuffus in
praxi benef.in Reg.de infirm.ben.reſign.gl 11.
Septimò præmitto, † quòd mors probari de- 72
bet ab eo,qui eam allegat:eſt enim mors,quid fa-
cti: facta autem non præſumuntur , niſi proben-
tur,gl.& Bart.l.2.§. ſi dubitetur.ff. quemadmod.
teſt.aper.Cor.conſ.181.vol.2. Tiraq. l. ſi vnquam
in præfat.nu. 103. C.de reuoc. don. Bart. l.ſi qui-
dem. C. ſol. matr. idem eſt in eo, qui ſe fundat in
alterius vita , † quã ipſe omnino probare debet, 73
Butigella l.quod te.nu. 72. ff. ſi cert. petatur. qua
quidem in re vtili quidem , ac neceſſaria ponam
hic nonnullos modos & caſus , quibus probatur
mors, ad hoc , vt clarum hoc præmiſſum redda-
tur : Quorum primus ſit, quod poſt centum an-
nos † homo mortuus dicitur , quo caſu probata 74
ætate probatur mors, l. fi. C. de ſacroſanct. eccl.
† Secundò probatur per apertũ teſtamentum, 75
quod accipit vires tantum à die mortis, Bart. l.fi.
C. de edicto diui Adrian. toll. Tertiò probatur,
quando quis intrauit in mari,vel in ciuitate peſti
fera,nec amplius ipſe poſtea repertus eſt, l. & ſi.§.
fin. ff. ad Syll. † Bart. in tract. de teſtib. verſ. mor- 76
tuus. Quartò probatur poſt lapſum quinquennij
poſt nouũ de morte, † Bar. l. fin. ff. de infamib. & 77
in dicto ver. mortuus, Bald. c. 1. tit. quo tempore
miles,

miles, Alex. consil. 24. vol. 4. Corn. cons. 131. volu. 4. Quintò mors animalium gregatim pascentium probatur, si communiter alia in regione pe
78 riisse constiterit, † Bart. l. 3. C. de murileg. lib. 11. Sextò probatur ex eo quòd consanguinei luctũ fecerunt, atque sumpserunt vestes viduales, Bart.
79 l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. † Septimò probatur per vnum testem, Abb. c. in præsentia. nu. 6. de probat. c. quoniã. §. fiant, vt lite non cont. gl. l. si quidem. C. sol. matr. Oldra. cons. 101. vol. 1. Bar. l. de minore. §. tormenta. ff. de qu. Lanfranc. l. admonendi. ff. de iureiur. c. quoniam. §. statuimus. nu. 107. de probat. c. quoniam. §. porrò. nu. 10. vt lite pend. Anton. sing. 32. vers. Mors Rebuffus l. quoties. C. de naufrag. li. 10. l. 1. C. de muril. eod. lib. Baldus l. 3. C. de probat. Cagnol. l. 1. nu. 130. ff. si cert. petatur. Didacus 2. parte Epit. c. 7. num. 4. decisio. Capell. Thol. 316. Salic. l. si quidem. C. sol. matrim. Alex. consil. 4. nume. 15. volu. 2.
80 Cassan. in Proœm. consil. Burg. cap. 10. † Octauò, Mors per famam probari debet, Boér. decisio. 388. num. 1. & hoc in ciuilibus: in criminalibus
81 autem requiritur plena probatio. † glos. l. si quidem, ver. defunctam. C. solu. matr. Alex consil. 87. num. 5. vol. 6. Cæphalus consil. 65. vol. 1. num. 45. Bart. in tracta. de testib. vers. mortuus. Crau. consil. 127. num. 17. Baldus consil. 398. volu. 2. Ias. l. cum ea. C. de transact. Alex. cons. 25. vol. 2. cons. 27. volu. 7. Iohan. Andr. in add. ad Specul. tit. de confess. §. postremo. Dec. cons. 652. consil. 83. nu.
82 5. Nonò probatur mors ex libris rectoris † ecclesiæ deponentis de morte, quandò agitur de par-

uo præiudicio, secus si de magno præiudicio agatur, tunc enim tales libri faciunt tantùm aliqualem præsumptionem, l. si quidem. C. sol. matr. Crau. in term. in tract. de antiq. temp. parte 1. ver. videamus. num. 1. conc. simile Alex. cons. 4. vol. 2. nume. 10. cons. 25. vol. 4. num. 6. cum enim agitur † de paruo præiudicio, sufficiunt violentæ 83
probationes, Bart. l. genero. ff. de infam. Doct. Com. c. quoniam frequenter. §. porrò. vbi Abb. & Fel. num. 24. vt lite non cont. Bart. tract. de testibus vers. mortuum hominem. nu. 40. Decimò, in leuissimo præiudicio statur † iuramento asse- 84
rentis de morte, Bart. l. 2. §. si dubitatur. ff. quemadm. test. aper. Alex. cons. 172. nu. 8. vol. 6. Vndecimò modo mors probatur per ea, quæ mortuis accidunt, vt non habere sensum, † per funus, & 85
sepulturam, Bald. in tracta. de test. 3. p. num. 15. Bart. l. 1. §. fi. ff. quemadm. test. aper. l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. Lanfranc. tract. de test. nu. 101. Corsetus sing. 12. Bar. & Rebuff. l. quod ad præsés. num. 2. C. de murileg. lib. 11. l. inde. §. fina. ff. ad l. Aquil. Duodecimò creditur † posito in articulo 86
mortis, quod fuerit ab aliquo vulneratus, Mars. cons. 111. num. 7. Afflict. decisio. 369. nume. 7. Socin. cons. 61. vol. 1. cons. 31. num. 33. volum. 2. Grãmat. consil. 13. num. 17. Iac. Menoch. in tractat. de arbitr. iud. lib. 2. centuria 1. cas. 99. num. 16. Decimotertio modo probatur mors. † eo quod testis 87
deponat vidisse aliquem talem, qui de necessitate naturæ viuere non potuerit, sequitur quod sit mortuus, Bald. l. ex persona. col. 2. C. de probat. Bald. l. conuenticulá. C. de epis. & cler. Decimo-
quarto

quarto modo mors probatur, ex eo † quod inter
88 consanguineos talis est habitus, Corn. cons. 96.
vol. 4. Decimoquintò probatur mors, si testis dicat eum vidisse expirare, vel mori, Bart. in tract.
89 † Qualiter mors probetur, in fine, & l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadm. test. aper. Decimosexto modo mors probatur, eo quod testis dicat eum vidisse proiici in mare, vel de ripa, & postea non fuit visus vlterius, nam ex hoc præsumitur mortuus. idem si dixerit eum vidisse decapitari, vel abscin-
90 di venas gulæ cum sanguinis effusione: † Bart. l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadm. test. aper. Maranta l. is potest. num. 143. ff. de acq. vel omitt. hæred. Decimooctauò probatur eo ipso quod quis in bellum ingressus, nec amplius visus fuit, nam in con-
91 flictu mortuus † dicetur, Doct. l. fi. ff. de his qui not. infam. Maranta dict. loco, nu. 145. idem si vagabundus non reperitur, Alex. cons. 4. vol. 2. De-
92 cimononò probatur eo ipso, † quòd aliquis petiit à iudice, vt mittat nuncios, exploratores, & illis misis non reperitur de eo aliquid nouum, nam ex tali relatione præsumitur mortuus, Bart. le. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum test. aper. Alex. cons. 4. vol. 2. Bart. l. si certus, §. si vnus. ff. ad Syllan. Maranta d. l. is potest. nu. 145. Vigesimo modo mors probatur per productionẽ alicuius
93 instrumenti, in quo fit † mentio de aliquo per dictionem, quondam, ex hoc enim probacur, quod sit mortuus, Bald. cons. 407. vol. 1. glo. l. eius. ff. si cert. pet. Quæ omnia procedunt, cum agitur de re pecuniaria, seu de præiudicio reparabili, se-
94 cus autẽ, vbi de re graui agitur, † seu de præiudicio

cio irreparabili, Maranta l. is potest. nume. 147. ff. de acq. hæred. nam tunc p[illegible]nè mors omnino probari debet.

Quomodo autem mors probetur, [illegible]b. c. in præsentia, num. 6. de sponsal. vbi not. quod tribus modis mors probatur ad hoc, vt excuset vxorem transeuntē ad secūda vota, Bald. l. quod præsens. num. 41. C. de murileg. l. conuenticulā. num. 8. C. de episc. & cleric. l. exhæredatum. nu. 2. ff. de his, qui not. infam. gl. l. si quidem. C. sol. matr. decis. Pedem. 108. num. 7. & seq. Boer. decisio. 288. nu. 6. & seq. Bart. in tract. de modo probandi mort. nu. 36. Crau. in tract. de antiq. tempor. parte 1. §. vidimus. num. 1. Didac. Couar. in Epith. par. 2. c. 8. §. 3. num. 4. Corn. cons. 10. vol. 1. Alex. cons. 4. nu. 15. vol. 2. Cassan. consuet. Burg. in procem. col. 20. Socin. Iun. cons. 26. vol. 2. Abbas c. quoniam frequenter. §. porrò. colum. 6. vt lit. non contest. Bald. l. genero. ff. de infam. Fel. d. c. quoniam frequenter. §. porrò. num. 24. Alex. cons. 87. num. 5. vol. 6. Cæphal. cons. 65. num. 45. vol. 1. Alex. cons. 24. vol. 4. Crau. cons. 127. nu. 17. Bald. cons. 398. lib. 2. Ias. l. cum ea. C. de transact. Corn. cons. 204. vol. 2. Alex. cons. 27. col. 2. lib. 7. Dec. cons. 83. nu. 5. cons. 652. nu. 1. cons. 575. nu. 9. August. Ber. cons. 129. nu. 10. vol. 1. tract. com. opin. ver. mors. not. l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll. vbi Sapia num. 24. vbi Dec. nu. 28. Zuchard. nu. 250. decis. 313. Capellæ Thol. & in minimis probatur per famam, Bart. l. 2. §. si dubitetur. num. 1. ff. quemadm. test. aper. Corn. cons. 10. nume. 6. vol. 1. gl. & Bart. l. si quidem. num. 2. ff. sol. matr.

Gozad.cons.68. nume.9. Boer.qu. 288, num.2, Grau.cons.12. Iacob. Menoch in tractat.de adipisc. reme. 4. nu. 674. Bart.in tract.de test.nu. 39. Guic. Gomes. in reg. de infirmis resig. q. 11.num.1. vbi tres casus ponit ad dignoscendum quando quis mori dicatur ex eadem, vel noua infirmitate.

95 Octauò † præmitto, plures casus morti similes esse, vltra super.adductos in 3. & 4. præmisso; Quorum primus sit, quod mors & longa absentia æquiparantur, c. faciat. 22. quæst.2.cap. præsentata, de testibus, not. c.2.de procur.6. add.ad decis.56.Capellæ Tholosa.num. 2. Vnde capitulum potest omnia absente episcopo, quæ potest mortuo, Innoc. c. ad abolendam. cum gl. magna de hæret.c. Ioan.And c.contra. de offic.deleg. 6.Cardin. clem.1. 18. quæst. de offic. vic. Et quemadmodum mortuus resuscitatus recuperat cuncta sua bona, c. licet. 32. quæst. 7. Ioann. Andr. c. fraternitatis.de frig. & malefic.gl.Bart. & Alex.l. 4. ff. de leg.1. Florian. l.seruitutem. §.si
96 sublatum. ff. de seruit. vrb. præd. † ita absens ex iusta causa, si reuertitur, recuperat bona, nisi sint tradita ex secundo decreto secundum Communem opin. de qua per Fel. c. consultationi-
97 bus. nume. 3. de offic. deleg. † Tertiò quemadmodum compromissum soluitur morte, ita absentia illud expirare facit, quod intelligas in longæua absentia, Abb.c.præsentata. in 2. not. de testibus, vbi Fel.nume.12. Et cum fit mentio absentiæ, venit perpetua, & naturalis, quæ est mors, Dom.de S.Gem.c.si delegatus.de offic.vic.6.in 2.not.

2.not. Abb. & Fel.c. quoniã. vt lit. non cont. not. l. absentem. ff. de verb. sign. † Quarto mortuus se- 98
gulariter in corpore non punitur. nec etiam absens, l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. l. absentem. ff. de pœn. Ang. l. nemo. C. de exact. lib. 11. † Secundò principaliter not. quod matrimoni- 99
um æquiparatur morti ad effectum consequendi legatum in euentum mutationis vitæ debitũ, Socin. cons. 5. vol. 3. nu. 3. Lancelotus Galiaula l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 17. ff. de lib. & posthum. † Tertiò mors, & tortura æquiparan- 100
tur, l. interpositas. C. de transact. Quartò, mortuus pro parte dicitur, cuius bona pro parte sunt confiscata, Bald. l. 1. C. de fideiussor. mors enim est solatium priuato omnibus bonis. † Quintò, 101
somnus æquiparatur morti: vnde mors dicitur magnus somnus, ex quo sequitur, quod si quis quicquam agat, quod sapiat naturam delicti, dũ dormit, non punitur, Card. clem. vnica. q. 6. de homici. Doct. Com. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acq. poss. Flor. l. sed & quæcunque. §. in iniuriam. ff. ad l. Aquil. not. c. 1. 6. distinct. Diu. Thom. 2. 2. qu. 154. artic. 5. † Fallit tamen, quando in culpa fue- 102
rit dormiens, quando sciebat se tali vitio laborare, & non cauit. Item fallit, quando quis dormiendo deliquit, vigilando deinde ratum habuit, Ioan. l. diuus. num. 85. ff. ad l. Corn. de sic. Ripa l. fin. num. 89. C. de reuoc. don. Qui dormiens pœna arbitrio iudicis punietur, gl. c. fin. de his, qui fil. occid. l. 3. §. ex senatus. ff. ad l. Cor. de sic. Doc. Com. l. 1. §. adipiscimur ff. de acq. poss. Dec. l. vt vim, nu. 29. ff. de iust. & iur. Mars. l. 1. num. 40. ff.

ad l. Corn. de sic. Iul. Clar. lib. 4. sent. iur. §. fin. q. 60. Iacob. Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 26. nu. 1. Tiraq. in tract. de pen. temper. causa 5. nu. 8. Item & paupertas æquipara
103 tur morti, † imò ea est solatiũ priuato omnibus bonis, l. fin. C. ad l. Iul. maiestat. Vnde amissionis omnium bonorum metus morti æquiparatur, Bart. l. atlethæ. ff. de excusa. tutor. Iacob. l. ꝓpter litem. ff. eod. tit. Doct. Com. l. isti quidem. §. si is. ff. quod met. causa, Bart. l. pen. col. fi. ff. de cond. ob turpem causam, Abb. c. 2. quod met. causa, Alciatus l. interpositas. C. de transact. Mars. l. si vt allegas. nu. 5. C. de sic. imò ex mente Bald. l. certa. C. de iure fisci, lib. 10. dicit maiorem esse pœnam omnium bonorum, quàm mortis, quod tamen non est dicendum, quia quælibet pœna corporalis est maior qualibet pœna pecuniaria, l. in seruorum. ff. de pœn. Potest tamen dici paria esse, insidiari vitæ, & omnibus bonis, Auth. quod mater. C. de reuoc. donat. Tiraq. in tract. de nobil. c. 31. Bart l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur. l. testium. ff. de testibus, Doct. Com. l. parentes. C. eod. Anch. cons. 28. & cons. 64. Ias. cons. 177. lib. 2. Doct. Com. l. reum criminis. C. de procur. stulti tamen sunt, qui pecuniam animæ anteponũt, vt habetur in Enchiridio parium. ver. pecunia. Sed quia in hanc materiã incidimus, videamus quis sit pauper, quis miserabilis, tertiò à quibus actibus repellatur, quartò à quibus excusetur, quintò quæ priuilegia habeat paupertas. Ad primum resp. quod quandoque paupertas dicitur secundũ communem vsum loquendi, id est, modica bo

dica bona, l. Lucius. §. hæredum. & ibi Bart. ff. ad Trebell. Bald. Rubr. ff. de verb. signific. sed tam pauper, quàm miserabilis persona arbitrio iudicis dicitur inspecta qualitate personarum. Bart. l. si constante. nu. 14. ff. sol. matr. Dec. Auth. præterea. nu. 15. C. vnde vir & vxor. & cons. 163. nu. 5. Didac. lib. 2. var. resol. cap. 6. nu. 8. Barb. cons. 21. vol. 2. Socin. Sen. cons. 121. num. 27. volum. 4. Gigas in tract. de pension. q. 89. num. 10. Ruin. cons. 55. num. 45. vol. 1. Mars. l. quæstionis. nu. 8. ff. de quæst. Alciat. cons. 252. num. 2. Tiraq. l. si vnquam. ver. omnia. num. 31. C. de reuoc. don. Vasquez l. imperium. num. 264. ff. de iurisd. omn. iud. & not. differétiam esse inter pauperem, inopem, mẽdicum, & miserabilem; nam pauper habet minus, quam diues; inops autem minus quã pauper, mendicus verò minus, quam inops; miserabilis verò caret omnibus bonis. quæ omnia iudex considerat inspecta qualitate personarũ, Afflict. decis. 179. Ias. l. si constante. num. 144. ff. sol. matr. l. si ab arbitro. num. 13. ff. qui sat. cogantur, Docto. Com. Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Alberic. in tract. stat. parte 1. q. 3. Calcan. cons. 57. nu. 12. & Guid. q. 566. Ripa l. si constãte num. 30. ff. sol. matr. Sed qualiter probatur paupertas? Resp. quod per famam, Ang. l. in fundo. ff. de rei vend. Secundò per ęstimum, Bald. l. quæcunque. C. de seru. fugi. Tertiò per testes. Doct. Com. Auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Quartò, quando constat aliquem non esse soluẽdo debita, Bald. d. Auth. præterea. Quintò, per discussionem factam ab amicis, & vicinis, Bald. l. quæ-

cunque. C. de seru. fug. Sextò quando quis non potest stare in proprio domicilio, Doct. Com. l. in fundo. ff. de rei vend. Septimò quando constat non habere in bonis centum aureos. §. sed nostra. cum gl. ver. nullum. Inst. de success. liber. Octauò quando vadit ostiatim victũ quæritans, c. Odoardus. de solu. Nonò, si cessit bonis, Doc. d. c. Odoardus. Decimò. quando quis retinet pecunias sub vsuris, gl. l. 2. ff. sol. matr. c. quanto. de vsuris. Vndecimò, quando quis stat in hospitali infirmus, & victũ sibi quærere non põt, Bald. l. si quis. C. de episc. & cleric. Duodecimò, & vlt. quãdo est in termino quo non potest supplere oneri sibi iuncto, §. sed & propter. Inst. de exc. tutor. Ad tertium præmissum resp. quod pauper repellitur à testimonio; præsertim quando suspectus est. Item hoc idem in causa crimin. sicuti ab accusatione repellitur. Tertio idẽ est quando quis incidit in paupertatẽ propter vitiũ suum, ita declarat Bart. Soci. in reg. 357. Doct. l. 3. ff. de test. & c. si qui. eod. tit. Cro. in tract. de test. nu. 24. Secundo vt dictũ est, nõ admittit. ad accusandũ, Doct. l. qui accusare. l. nulli. ff. de accus. Fallit, nisi sit fidus, & diligẽs. Spec. tit. de accus. ver. itẽ. Tertiò repellitur à munerib. public. subeũdis, l. cura. §. inopes. ff. de muner. & hon. Ad quartũ iã præmissum resp. ꝙ paup ab onere tutelæ se excusa. §. sed & propter pauptatẽ. Inst. de exc. tutor. Secũdò paupertas excusat à delicto in necessitate perpetrato, c. qui propter. de furtis. vbi furtum factũ necessitate famis non imputatur. Tertiò paupertas idem operatur, quod mors; maximè circa

dilatio

dilationem legalem, Innoc. c.ex ratione. de ap-
pellat. Bald.l.2.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis caut.
quia factum paupertatis cauſa à multis excuſat.
eſt enim ipſa ſpecies neceſsitatis, gl. Doct. c.
querelã. de iureiur. c.fin. 34.q.1. Archid.c.pau
per.11.q.3.c.ſtatutum.§. inſuper.de reſcr.6. Luc.
l.1.col.2. C. de lat.lib.10.l. curiales. C. de decur.
lib.10. Bald. & Fel. c.ſi qui teſtiũ. de teſtib. Bald.
& Alber. l.1.ff. de offic.conſ Rom. l. ſi verò.§.de
viro.fall.15. ff.ſol.matr. Alex.l.præſidis. ff.ſi cert.
pet.Fel. & Barbat. c.ſignificantib. de offic. del.
Card. c. nõ debet. de cõſang. & affin.Iaſ.l.admo
nẽdi.lect.2.nu.214.ff.de iureiur. Quintò paupes
excuſantur ab oner. perſonalib. cum ſint occu-
pati in quęrẽdis ſumptib.pro victu. Bal.Auth.de
functo. C. ad Tertul. l. Indictiones.vbi Doct.C.
de anno.& trib. lib. 10. Sextò excuſat paupertas
à pœna arbitr. Bald.l. acceptam.q.23. C.de vſur.
Aret.l.inuitus. C. de procur. Septimò excuſat à
deſertione, ne appellanti fatalia currant, Bald.l.
eos.§. ſuper. C. de appell. Octauò prodeſt, quia

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

gl.§.ſed & propter.Inſt.de excuſat. tutor. Nonò
excuſat etiam in foro conſcientiæ. nam excom-
municatus abſcinditur non facta ſatisfactione
ob paupertatem, Doct. Com.c.a nobis.de ſent.
excom. Sed quæ priuilegia habet pauptas? Reſp.
quod pauperes habent priuilegia eccleſiæ. Bald.
l.pen.colum.fin.§.fina.C.ad Trebel Bald.l illud.
C. de ſac.ſanct. eccl.l.fin.verſ.captiuorũ.C.de ſa
croſanct. eccl. Itẽ confert hæc ſeptẽ bona. videli
cet peccatorũ recognitionẽ; virtutũ cõſeruatio

 nem,

nem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualium bonorum dulcedinẽ, meritorum exaltationem; & cœlestem hæreditatem, S. Thom. cap. 48. [illegible] er Isaiam. Vlt. not. quod paupertate cessante, cessant & ea, quæ propter ipsam statuta sunt, l. non tantum. §. eos. ff. de excusa. tutor. l. cura. §. deficientium. ff. de muneribus & honorib.

104 Sextò not. quod mors, † & negligentia æquiparantur. not. l. vnica. C. quando non pet. part. l. meminimus. §. fin. C. de leg. hæred. §. pen. Inst. de bon. poss. Paris cons. 119. nu. 27. vol. 4. Septimò mortuus & exhæredatus æquiparantur, præser-
105 tim † existens in primo gradu, l. 1. §. si pater. ff. de coniug. cũ emanc. lib. Angelus l. in suis. nu. 89. ff. de lib. & posth. Octauò not. quod casus mortis, & casus finiti officij æquiparantur, l. Lucius. ff. de fideicomm. libert. l. cum apud. ff. iud. solu. Sic videmus quod morte locatoris, vel precario
106 cõcedẽtis † quo ad volet, finitur morte volũtas in contractu, l. 4. ff. locat. Idem in mandato, l. mã datum. C. mandati. §. item. Inst. mand. Sic in dele gato iurisdictionis re integra, l. & quod. ff. de iu risdict. omn. iudic. c. fin. de offic. deleg. Item in
107 reseruatione præbendæ facta legato, † quæ mor te legati finitur, gl. l. si certum. §. fin. ff. de mili. te stam. sic vidimus mandatum officialis, vel præla lati morte eiusdem finiri, clem. fin. de proc. Bart. l. si per epistolã. ff. de acq hæred. Sic vidimus gra tiam ad beneplacitũ concessam morte Papæ con cedentis finiri, c. si gratiosè. de rescr. 6. Sed in cõ trarium videtur dicendum, quia iudex tempora
108 lis, † vel eius sententia perpetuò arctat. l. 1. C. de postul.

postul.l.seruus.C.de pœn.gl.& Archid.c.Salonitanæ.36.distin. Et id quod ad beneplacitū conceditur perinde habetur, ac si perpetuò fuisset concessum,l.iurisperitos.ff.de exc.tut. [illegible] de cōd.indeb.gl.c.fin.de rescr.6.Bart.l.de pupillo.§.si quis.ff.de ope.noui nunt.Item statutum durat post mortem statuentium, not.c.à nobis. de sent.excom.†sicuti gratiam & & decretum ex 109
emptionis facta à legato durat vltra tempus legationis.c.fin. de offic.deleg. Specul.in tit. de leg.§.superest. Qua quidem in re dicendum est, quod quoties fit nominatio sub nomine appellatiuo, puta sub nomine dignitatis, vel ipsam dignitatem,videtur esse directa intentio,†ideo cō 110
prehenditur vicarius, vel successor,l.2.C.de offic.eius, Alber.l.1.C.de postul. item quando fit aliquid ab vniuersitate cuius homines fuerunt mutati,vel mortui sunt,tunc eius factum durat, nisi vniuersitas sit penitus destructa, l.pater.§. Tusculanus. ff.de leg.3. Tertiò quando fit aliquid, ad quod destruendum requiritur dictum aliquod, vel factum, tunc semper non expirat morte concedentis,seu facientis: Sicut si Papa
cum clausula concedat aliquid, donec aliud super hoc duxerit ordinandum,tunc enim & eo 111
casu morte Pontificis gratia non expirat,c.si delegatum.de offic.deleg.6. l.cum pater.ff.de leg. 2.l.fin. C.de vsufruct.l.ambitiosa.ff.eod. Quando autem fit aliquid, quod venit reuocandum
per nudam † ac simplicem volūtatem, tunc mor 112
te facientis soluitur,Ioan.Bapt.l.omnes populi. nu.168.ff.de iust.& iure. Nonò not. quod mor-

tuus, & ad mortem vulneratus æquiparantur,
Bald. c.1.tit.qu[illegible]b mod.feud.amitt. † & in l.1. C.
de nundini[illegible].in bello. ff. de exc. tutor. l.damni.
§. [illegible] de damno infecto. l. huic ſcripturæ.
ff.ad l. Aquil. Anch. conſ.430.not.l.ita vulnera-
114 tus ff.ad l.Aqui.†Qui enim eſt in articulo mortis
mortuo æquiparatur. not. l. in hac. ff. de cond.
trit. Baldus l.dos data. C.de don.ante nupt.gl.l.
qui Stichum.ff. de confeſſ. §.1.ver. morientibus.
ff. de leg. Fuſ. Can. toll. not. in vol. Com. opin.
verſ.mortuus. Tiraq.in tract.de leg.con.l.15.nu.
18.glo.1.p.part.Decimò not.quod ebrietas æqui
paratur morti, ideo irritatur quælibet diſpoſi-
115 tio † facta in ebrietate, gl. c.vnuſquiſque. verſ.
quod ebrius.22.q.4.c.ſane.15.q.1. Rom.& Barb.
l.1.ff.de verb.oblig. Bald. l.1. C.de dol.mali exc.
vbi cõtractus celebratus in ebrietate nullus eſt;
116 Secundò, non valet † teſtamentum in ebrietate
conditum, Bald. c. crapula. de vita & hone. cler.
117 Tertiò, teſtis ebrius eſſe non poteſt, † Bald.& om
nes Com. c. 1. de teſtibus. Quartò, matrimoniũ
contractum in ebrietate nullum eſt. Dec. conſ.
118 112. Caret enim conſenſu, l. nuptias † ff. de reg.
iur.not.§.1. Inſt. de nuptiis. Quintò, ebrius deli
ctum committens, mitius punitur.l.omne.§.per
vinum.ff.de re iud.c.ſanè. c.inebriauerunt.15.q.
4.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis.Bal
119 dus c. à crapula. de vita & hon. cleric. † ebrietas
enim furor eſt, c.venter.35.diſtin. Doct. Com.c.
2.de maled. Amplia omnia hæc etiamſi ſtatutum
dicat, quod delinquens nullam eſſet ſequutus
miſericordiam, Docto. Commu. l. quid ergo.
§.pœna.

§.pœna.ff.de his qui not. infam. Secundò ampl. vt ille qui propter ebrietatem † [illegible]quem percu- [illegible]
tit, non dicatur frangere pacem, [illegible]ut facta.§. causa.ff.de pœn.Bald.l.1.C.vnde vi.l.da[illegible]ra. C.qui accus.non poss. Card.clem.1.col.8.de homicid. Abb.c.sicut.col.2.de test. Flor.l.sed si.§.in iuriam.ff.ad l. Aquil. Ioan. And.c.fin. de his qui fil. occid. Tertiò ampl.etiam si ebrius male fuisset locutus de principe. Arg. l.1.C.si quis impe- ratori maledix. Fallit tamen primò, quando de dita opera inebriatus esset, Bald.l.1.nu. 40.C.vn de vi, tunc enim duplici pœna plectendus esset, videlicet propter ebrietatem, ac etiam ob delictum in ea perpetratum. Secundò fallit, quando leuis ebrietas esset, propter quam non minui-
tur † pœna ordinaria, Bart. l.data opera. colu.2. 121
C.de his qui accus. non poss. Ang.in tract. malefic.ver. scienter. num.17. Ioan.l.diuus.num.86. ff.de sic.Rip.a l.fin.num.79. C.de reuoc. don.de minima enim re lex non curat. dixi ego in tract. de reg.iur.reg.5. Tertiò & vlt. fallit, quando per ebrietatem gloriarentur de delicto commisso, tunc enim talis consensus retrotrahitur, & puni
tur, † Ripa d.loco, num.79. Crau.cons.169. laco 122
bus Menoch. tract. de arb. iud. lib.2.centuria 4. cas.126.num.7. Tiraq. in tract. de pœn. temper. causa 6. Vndecimò not. quod furiosus mortuo
æquiparatur, † & quicquid agit, pro non facto 123
habetur, l.qui ad certũ.ff.locat.l.bonorũ.ff.rẽ ra tã hab. gl.l.si qs aliũ.ff.de acq.hæred.nec ei impu tari debet, l.defuncto ff.de pub.iud.Doct.l.ex fa cto.vbi Ias. nu.45 ff.de vul. ãpl.vt furor post deli

ctum

ctum adueniens excuſet à pœna corporali: non tamen à bonorum adnotatione, Doct. Com. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ. l. humanitatis. C. de [illegible]. Bald. c. 1. tit. an ille qui interf. fr. dom.
124 ſui, Afflictio enim non eſt addēda† afflicto Flor. l. ſed & ſi. §. iniuriam. ff. ad l. Aquil. Aret. in tract. malefic. ver. ſcienter. col. 3. Iaſ. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui. l. tam dementis. C. de epiſc.
125 audi. Vnde furioſus loco abſentis habetur, † & ignorantis, l. ſed & ſi. §. filio. ff. de iniuriis. l. Iulianus. ff. de diuort. l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acq. poſſeſſ. l. 2. §. furioſus. ff. de pcur. l. vbi. §. furioſus. ff. de reg. iur. l. 2. §. furioſus. ff. de iure codicill. Ideo ſi furioſus puniēdus erit, diſtinguendum eſt, aut furor ſuperuenit poſt delictum, aut erat antea; Primo caſu aut ſumus in atrocioribus, aut non. Si ſumus in atrocioribus, puniri debet, l. diuus.
126 C. de ſic. ſi verò non ſumus † in atrocioribus, tūc aut tractatur de pœna corporali; aut pecuniaria: primo caſu non punitur, ſecundo autem ſic, Tiraq. in tract. de pen. temper. cauſa 3. num. 5. ſi verò ſimus in delicto commiſſo tempore furoris, tūc nec in corpore, neque in ære punitur, Doct. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. Fallit, niſi eſſemus in atrocioribus, nam tunc propter exemplum punitur. l. diuus. ff. de offic. præſ. Secundò fallit, ſi haberet dilucida interualla tempore cōmiſsi delicti, Iaſ. l. patre furioſo. nu. 39. ff. de his qui ſunt ſui, Didac. clem. ſi furioſus. par. 3. nu. 2. de homicid. Tertiò fallit, niſi in furorem ſua cul
127 pa quis incidiſſet, † gl. c. ſed hoc. 13. q. 2. Doct. clemen 1. de homicid. Socin. c. ad audientiam. q. 5. de ho-

homicid.Iacob.Menoch. tract.de arb.iud.lib.2. cent.4. caſ.325.num.9. Dec.l.in negotiis.nu.4 ff.de reg.iur. Clar.lib.5.ſent.§.fin.q.60. Marſ.l. quæſtionis.num.34. ff.de quæſt. not.l.[illegible]s.ff. de ſic.l.illud.§. ſanè.ff.de iniuriis.c.indicaſt.3.q. 9.gl.l.ſi quis in tantã. C.vnde vi.l.fin. ff.de adm. tutor.furioſi enim nulla volũtas eſt,† §.furioſus. 128
Inſt. de inut. ſtip.l.furioſi. ff. de reg. iur. §. præterea. Inſt. quibus non eſt permiſſum fac. teſt. & dicitur furioſus, qui eligit impoſsibilia, l.apud Iulianum.ff.de leg.1.Secundò, qui ſtultè loquitur,l.is qui.§.Diuus.ff.de tutor.& curat. dat. ab his; Tertiò,qui proiicit lapides,gl.l.ſi cum dotem.§.ſin autem.ff.ſol.matr. Quartò qui clamat etiã† coram populo,l.quidam ff. de cond. inſt. 129
Et furor debet per allegãtẽ probari,Card.clem. 1.de hom.& probato furore, per verba, vel per ſigna, præſumitur durare per triennium, †Alc. 130
tract.præſ.reg.1.præ.38.nota.§.item.Inſt.de teſt. Alex.l.furioſum, C.qui teſt. fac. poſſ. Card. c.cũ inter.de elect.Bart.in tract.de teſt. ver.oppoſita, Bar.l.2.ff.de bon.poſſ.Card.clem.1.q.2.de homicid. not. c. ſemel. de reg. iur. 6.Et furor reuocat mandatũ quod ad gerenda,† non autẽ quoad ge 131
ſta, l. qui ſeruum, l. ſi quis alicui, vbi Bart. ff. de acq.hæred.l.furor.ff.de ſponſ. Cagnol.l.in negotiis.nu.5. ff.de reg. iur. Bald. l. humanitatis.col. 4.C.de impub.Marſ.l.vnius.§.cognitorũ.nu.70 ff.de quæſt.l. cũ. ſeruus. nu.7.ff. de cõd.cauſa data,c.mulier.vbi Doct.15.q.1.Marſ.tract.crim ver diligẽter.nu.176.Tira.tract.de leg.cõ.leg.9.nu. 83.Ign.l.3.§.ignoſcitur.nu.78.ff.ad Syll.cũ ſimil.

Duode-

132 Duodecimò not.† quod infirmitas grauis æquiparatur morti, vnde valdè infirmi non tenentur in ius comparere, nec eorum actus validus ex... si quis in graui.ff.ad Sylleia. Itē valde infirmus æquiparatur furioso.l. 2. §. si verò. ff. si quis caut.l.2.ff.de term. moto, gl.& Doct.l.ferè. ff.de reg.iur.c.tanta.86.distin.c.tēpora.26.q.7. Doct.l.quid ergo.§.pœna.ff.de his qui not.infa. l.& si. C.eod.gl.c.pœnitentes. 50. distin. Baldus c.1.de maior. & obed.& not. quod infirmitas est
133 habitus cuiusque corporis contra† naturam, l.1.§. sed si. ff. de edil. ed . seu infirmus dicitur, qui intrinsecus morbo aliquo ex humorum excessu causato laborat, Ripa in tractat. de peste, in princ. num . 2 . & est duplex infirmitas, animi scilicet & corporis, Abb. c. querelam. de procu. Infirmitas autem corporis prouenit plærunque
134 ex infirmitate animi,† c. cum infirmitas. de pœn.
135 & remiss. & probatur pluribus modis . † Primò per medicos, quibus standum est, Bart.l.contumaciam. §. pœnam. ff. de re iud. l.semel.C.de re mil.lib.12.Bart.l.1.ff.de ven. insp. not. l.septimo mense.ff.de stat.hom. Secundo modo probatur per iuramentum infirmi, Specul.tit. de appell.§. 7.ver.quid ergo, Card.clem.sicut.q.4.de appell. Tertiò per domesticos, & familiares, nec non per aspectum faciei, & per vicinos, l. quæsitum. ff.de re iud. Card.clem.sicut.q.4. de appell.not. c.quanto. de præsump. & præsumitur durare decem annos, c. communiter. 23.distin. Card. c.inter. de elect. Doct. l.furiosū. C. qui test.fac.poss.
136 Quæ quidem infirmitas excusat à multis:† & primò, vt

mó vt testes ad domum sint examinandi, c. si quis testium. de testibus. Secundò excusantur à muneribus, quæ corpore adimplenda sunt, l. 2. §. corporis. ff. de vac. mun. Tertio infirmus delega
tus† subdelegare potest, cap. si pro debilitate. de 137
offic. deleg. Ias. l. 1. nu. 83. ff. eod. Valascus l. impe rium. nu. 14. ff. de iurisd. omn. iud. Quartò excusat à contumacia, Doct. c. tenor. de re iud. Spec. tit. de cit. §. 1. ver. item. Quintò facit supersederi iudicium motum, gl. l. si quis instituatur. §. fi. ff. de hæred. inst. tenetur tamen infirmus excusatorem mittere. Et not. quod infirmitas homini-
bus venit pluribus ex †causis: Primò per pecca- 138
tum, c. cum infirmitas. de pœnit. & rem. Secundò, vt iustus per pœnitentiam in meritum crescat, vt legitur de Iob. Erat enim Iob vir iustus, & rectus, ac timens Deum. Tertio, vt manifestetur gloria Dei, vt in cæco, quem CHRISTVS illuminauit, Quartò ad initium pœnę, sicuti in hærede c. percusso. 7. q. 1. Quintò ad custodiendam virtutem, vnde Apostolus, Dum infirmor, fortior sum. ac iterum, Virtus in infirmitate consistit.
not. cap. nisi cum pridem. de rem. Ex quibus in- 139
fertur, †quod pestis tēpus, dicitur tēpus mortis, in quo soluūtur omnia iura, tā respectu cōtractuū, quā iudiciorū, & vlt. vol. de quib. latè tradit Ripa in tract. de priuil. causa pest. not. c. negotiatorē. 88. distinct. not. l. 2. ff. si quis caut. DD. l. si in lege. §. si domus. ff. loc. l. itē. §. exercitui. ff. loc. Abb. c. ꝓpter sterilit. de loc. DD. Com. l. fi. C. de testa. com. l. cōficiūtur §. codicil. ff. de iur. codi. Flor. l. milit. C. de test. mil. Ale. l. scriniarios. C. eo. Ang.

§. fin.

§.fin.Inſt.de teſt. Corn.conſ.131.vol.4. Port.Inſt. de teſt. mil. in princ. clem. paſtoralis. de re iud. clem. fin. de foro comp. c. ex parte. de appell. l. qu[illegible]m.ff.de re iud.c. accedens.il 2.vt lite non
140 cont. Et not. quod non ſolum infirmitas, † ſed etiam magna ſenectus morti dicitur ſimilis, ambæ tamen arbitrio iudicis dicuntur, & iudicantur, Barbat.conſ.21.vol.2.& conſ.22.vol.3. Doct. c. quoniam frequenter, vt lit. non cont. Barbat. conſ. 80. vol.3. conſ.43. vol.4. Flor.l. Aquilia.ff.
141 ad l. Aquil. Item & mortis in periculo † peregrinantes dicuntur eſſe per loca periculoſa, vt per mare, not.c.quoniam. vt lit. non cont.l.3.& ſeq. ff.de don.cauſa mort. Bald. c.paſtoralis.num.4. de offic. ord. ſicuti etiam in caſtris militantes in periculo mortis ſunt. not. l. vt vim. ff. de iuſt.& iur.l.ex hoc iure.ff.eod. Alba.conſil.1.nu.6.cum ſimilibus.

Nonò præmittendum eſt, Mortuum ſuſpen-
142 di non poſſe, † Ang.l.2. C. qui teſt.fac. poſſ.l.defuncto.ff. de publ. iud.l.qui à latronib. §.ſi quis. ff.de teſt. Fallit in atrocioribus, & hoc relinquitur arbitrio iudicis, Marſ.l.fi.nu.40.ff.de quæſt. Doct.Com.d.l.defuncto, Boer.deciſ. 316. nu.9. Aſin.l.1.nu. 82.ff. de relig. & ſumpt. fun. Imol.c. Rayn.num. 144.de teſta. Cin.l.2.C.qui teſt.fac. poſſ.Dec.l.ſi is.num.8.C.eod.Ang.l.imperium. nume.16. ff.de iuriſd. omn. iud. c. quorundam. 23.diſtinct.c.1.24.q.2. Dec.l.pupillum.§.in hæredes.ff.de reg.iur.gl.clem. pen.de pœn.& remiſſ. Rom.l.ſi verò.§.de viro.16. fall.ff.ſol.matr. Bald. c.1.§.iniuriam. de pace iur. firm. Cagnol. d.§.in hære-

hæredem. nu.3. Quando autem suspenduntur cadauera, fit ad exemplum, seu terrorem multorum, gl.l.2.ff.de arb.fur.cæs.c.mulier.15.q.1.Pontanus l.stipulationum.§. Cato.num.57. de verbor. oblig. Ratio huius noni præmissi est, quia crimina morte extinguuntur, † l.1.C.ne ex delicto def.§.non autem.Inst.de perp.& temp.act.§. non autem. Inst. de public. iud. c. quorundam. 23.distinct.gl.l.2.§.pen.ff.de hæred.vel act.vend. not.l crimen. ff.de pœn. gl. l.in hæreditariis. C. de hæred.act. Afflict.decis.145.nu.2. Ruin.cons. 37.num.5.vol.1.cons.21.nu.7.volu.4.Abb.cons. 90.num.2.c.ecclesia.nu.23.de const. c.parochiano.num. 4.de vsur.c.nobis. num.13.de sent.exc. Alex.l.2.num.3.C.qui test.fac.poss.Dec.l.imperium. num. 16.ff. de iurisd. omn.iud. Clar.lib.5. sent. §. fin. q. 51. vt dicam latiùs infer. suo loco. 144

Decimò præmitto, † quod mortuus resurges beneficium non recuperat, nec vxorem. c. lic. t. 33.q.7.gl.magna in extr. suscepti. vers.vacantiũ. in extrauag.com.tit.ne sede vac.recuperat tamẽ omnia bona patrimonialia, Ioan And.c.fraternitatis. de frig. & malef. gl. Bart. & Doct. l. 4. ff.de leg. Flor. l. seruitutem. §. si sublatum. ff. de seru. vrb. præd. Bart.l.nam ad ea. ff.de leg.dicit quod recuperat filios, sed non vxorem. conc. Alex l.si marito.ff.sol.mart. nec debet iterum ordinari, si fuerit sacerdos, nec baptizari, si fuerit Christianus, † Abb.c.non potest. de re iud. gl c.2.32.q.7. Spec.in tit. de stat. Mon.§.2.q.13. Ang.l.si marito. ff.sol.matr.not l.seruus.ff.de act.& oblig. Ang.l. nam & Demosthenes.nu.3.ff.de leg.l.intercidit. 145 146

D ff.de

ff.de cond.& dem.Feder. conſ.27.Vnde condemnatus ad mortẽ, ſi ab inferis reſurgat,non pu-
147 nitur,† not. 1 iraq.l.ſi vnquã.ver. ſuſceperit.nu.
17. C. de reuoc. don. Bart. Brix. in q. Dom. q.
54.Ana.c. fraternitatis.de frig.& malefic.Alber.
l.inter ſtipulãtem.§.ſacram.col.2.ff. de verb.oblig.Paul.poſt Bald.l.intercidit.ff. de cond.& demõſt.Brun.conſ.112. Rom.in rubric.ff.ſol.matr.
colu.4.verſ.an reſuſcitatus. in 1. lect. Bertach. in
tract.de epiſc.4.par.8.p.prin.lib. 4.q.4. Guliel.
in extr. ſuſcepto. Bald.conſ.253.colu.1.volum.1.
Alber.l.adeò.ff.de acq.rerum dom.

148 Vndecimò præmitto, † quod mors prorogatur condemnato multis modis: Primò, ſi ab eo
petatur redditio rationum,Cin.& Ang.l.1.C.de
bon.proſcr.Rayn.l. poſt mortem.§. quamuis.ff.
de leg.1.Bart.l.2.de cuſt. & exh. reis.l.interdum.
ff.de public.vbi Alex. Din.Bart.& Ang.l.ſeruus.
ff.de leg.1.l.ſeruo.§.ſeruus.ff.eod. Floria.l. Pomponius.ff.fam.herc. Cæpoll. caut.4.l. 1.§.ſi autẽ.
149 C.de com.ſer.man.†Secũdò prorogatur,ſi accuſetur condemnatus de crimine grauiori, l.1.§.fi.
ff.nih.nou.appell.pend. Bart.l.2 §.fin.ff.de cuſt.
150 reis. Pontan. ſing. 441.† Tertiò prorogatur per
appellationem à ſententia mortis.l & in maioribus,C.de appellat.l non tantum. ff.eod.c.de appellationibus.de appell. Quo caſu ſi in termino
appellationis ducatur ad iuſtitiam, poteſt interim eximi impunè de manibus officialium, Baldus & Angel. l. addictos. C.de appell. Innoc.c.ſi
quando. de offic. deleg. Aretin. §.penult. Inſtit.
de act. niſi eſſet criminoſus, vel delinquens manifeſtus,

nifestus, † Quartò prorogatur, si petatur à princi
pe imponi duriorem pœnam, tali enim durior 151
pœna retardari debet per triginta di. l. si vindi
cari. C. de pœn. cap. si quando. de rescr. gl. § sed
neque. Auth. de mand. princ. gl. c. 1. de const. 6. c.
fi. de fil. presb. Ang. Auth. vt determin. sit nũ. cler.
in princ. Flor. l 4. §. sed & si. C. fam. herc. † Quin- 152
tò si condemnatus ad mortẽ sit decurio, vel con
siliarius ciuitatis, quo casu non potest fieri exe-
cutio eius mortis, nisi rescribatur à superiore ci
uitatis, l. Diui fratres. §. primo. de pœnis. not. l. 2.
§. 1. ff. de bon. eorum, qui sibi mort. consc. l. 1. §. si-
mili. ff. quando appell. sit. l. si quis filio. §. eius. ff.
de iniusto rupto. l. qui cedere. ff. de sicar. nisi ali-
ter tumultus sedari non possit. gl. d. §. simili mo-
do, et d. l. qui cedere. † Sextò & vlt. Mulier prę- 153
gnans nõ potest damnata ad mortem occidi an
te partum, Baldus l. interpositas. C. de transact.
ampl. hoc etiam si esset prægnans vnius diei: se-
cundò ampl. etiam si grauida facta esset post ca-
pturam: Tertiò ampl. vt non possit etiam tor-
queri. quartò amplia, vt nec etiam banniri
possit.

Duodecimò præmitto, † quod mortis execu- 154
tio multis modis impeditur: Primo, si pater offe
rat filium decapitandum morti, tunc filius non
est morte plectendus, l. milites agrum. §. deserto
rem. ff. de re mil. Salic. l. propter. C. qui accus. nõ
possunt. l. non omnes. §. quod. ff. de re mili. l. qui
cum. §. eum. qui. ff. eod. titul. † Item secundo lo- 155
co, si reus obuiet Cardinali. Baldus l. addictos.
C. de appellatio. † Tertio; si allegetur quod reus 156

mortis sit optimus artifex, l. ad bestias. ff. de pœnis. Roman. sing. 197. Lauren. l. quoniam. ff. de
157 pignor. † Quartò si probetur homicidium fuisse casuale, Paul. l. 1. C. vbi sen. vel clar. gl. & Bald. l. etsi. C. de infam. Quintò, si depræhensi in adulterio decapitandi confiteantur contraxisse matrimonium inter se, gl. l. pen. C. de fideiuss. quod est verum, si matrimonium esse possit inter eos, Bald. c. 1. §. iniuriari, de pac. iur. firm. Bald. l. si
158 quis non dicam. C. de episcop. & cleric. † Sextò, puella si reum mortis in maritum poposcerit, eum liberat ex consuetudine Franciæ, Iacobus de Bellapertica, in Pract. crim. tit. de lenocinio. ver. 26. Masuerius in practic. crimin. tit. de pœniten. §. item. Cassanens in comment. consuetu. Burgun. §. secundo, ver. *s' il n' a grace*, colu. 2. ver. duodecimus casus, tit. *Des iustices*, vbi dicit se nullam huius rationem afferre posse, nisi quod per matrimonium maior reo videtur pœna imponi, quàm per mortem. refert And. Tira. in tract. de pœn. temper. aut remitt. causa 56. in term. nu. 2.

Decimotertiò & vlt. præmitto nonnulla priùs notanda esse, quàm ad casus speciales deueniamus: & primò, quod mortem alterius expecta-
159 re damnabile est, † l. inter. §. sacram. ff. de verbo. oblig. l. si quis posthumus. ff. de lib. & posth. Petrus in tract. de testam. lib. 1. c. 16. num. 5. Hinc regulariter literæ expectatiuæ ab ordinario non dãtur. Quint. Mand. in reg. de idiomate, q. 3. nu.
160 8. Nec regressus † conceduntur qui hæreditariæ successionis imagines referũt, nouissimè Conc. Trid. sess. 25. c. 7. tit. de reform. qua etiam de cau

sa ape-

ta aperiri non debent testamento ante mortem testantis, toto tit. quemadmodum te stam. aper. Hinc nonnulli dixerunt substitutiones esse odi-
osas ex eo quia præbent † occasionem captandæ 161
mortis, Dec. cons. 336. Craut. cons. 180. & cons. 147. idem rubr. ff. de leg. 1. num. 103. Socin. Iun. cons. 185. nu. 9. vol. 2. Ioan. Sylu. cons. 64. nu. 19. Mant. cons. 328. Alciat. cons. 483. Fulgos. cons. 85. Est etiã alia ratio, quia substitutio est graua
men hæredi, † l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. 162
impedit enim bonorum alienationem. l. fin. C. com. de fideicom. l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. quæ prohibitio odiosa videtur esse, l. non vsque. ff. si à par. fuer. man. sed retorquendo istã ratio nem mag. Doct. Com. dixerunt substitutionem fauorabilem esse fauore agnationis, vt bona con seruentur in familia, Alex. cons. 39. num. 3. vol. 1. Dec. cons. 652. nu. 7. Soc. Iun. cons. 168. nu. 9. vol.
2. Bald. cons. 104. volu. 4. † vbi in dubio semper 163
pro fideicommisso est iudicandum, Socin. cons. 249. num. 25. vol. 2. l. cum auus. col. 54. ff. de cód. & dem. l. si filius. col. 17. ff. de vulg. præsertim quã do de agnatione mentio fuit facta, Anch. cons. 27. col. 3. Cum. cons. 2. num. 4. Gozzad. cons. 89. num. 12. Curt. cons. 22. num. 11. Paris cons. 53. nu. 27. cons. 35. num. 38. vol. 2. Capic. decis 108. nu. 15. Aug. Ber. c. in præsentia. num. 247. de probat. Crau. cons. 208. num. 3. Paris cons. 7. num. 40. vol. 3. Abb. cons. 58. num. 17. & larga fit interpre
tatio † in fideicommisso ad actus validitatem, sed 164
fideicommisso valido præsupposito strictè inter pretari debet, Dec. l. in testamentis. ff. de reg. iu

 ris.

ris. Craut. consil. 208. num. 3. Secundò not. † quod
165 mortis cogitatio omnia mundana ostendit esse vana. Ripa in tractat. de rem. ad cur. pest. num. 152. Vnde moriens censetur memor salutis æternæ, decis. Pedem. 79. num. 20. l. fin. C. ad l. Iuliã repet. Grammatic. cons. 65. num. 1. c. sancimus. 1. quæst. 7. Mars. cons. 109. nume. 30. Paris cons. 14. nume. 15. volum. 1. Thom. Grammat. decis. 56. nume. 15. nec censetur cogitare aliquid do-
166 losum, † Angel. l. si quis in graui. § si quis moriens. ff. ad Syllan. Cæphal. consil. 275. nume. 34. Mars. rubr. ff. de fideiusso. num. 44. Ruin. cons. 120. num. 2. volum. 5. Cæphal. cons. 85. num. 18. Vnde licet moribundus non sit in testem examinandus, quia perfectam memoriam non præsumitur habere, l. quidam. ff. de furt. Cæphal. cons.
167 276. num. 42. Est enim mors omniũ † rerum terribilissima. Tiraq. tract. de nobil. c. 31. num. 58. eiusque cogitatio sensum turbat, adeo vt ea turbati omnes solent affirmatiuè respondere, Ripa l. 1. §. si quis ita. num. 10. ff. de verb. oblig. nihilominus quia moriens non præsumitur mentiri, eius confessio fortius probat, l. fin. C. ad l. Iuli. repet. c. sancimus. 7. qu. 1. c. significauit. de homicidio. Bald. in titul. de pace Const. ver. vasalli. glo. c. fundamenta. de elect. 6. Vnde scripturæ
168 mortui fortius probant, † quàm viuentis; cum verisimile non sit morientem reliquisse falsam scripturam, l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. Paul. cons. 133. col. 1. vol. 1. Ias. l. admonendi. col. 46. ff. de iureiur. Bald. cons. 476. volu. 5. Calder. cons. 15. tit. de vsur. Curt. cons. 70. Barbat. cons.

30. volu.

30.volu.1.Dec.l.1.col.3.ff.si cert.pet. Corn.consi.
186.consi.2.vol.1.Feder.consi.8. Crau.consi.6.nu-
53.Mors enim habet vim iuramenti, †Paul.consi. 169
301. in tertio dubio, volu. 1. Dec.l.1. nu. 2. C.de
æd. c.literas. de præb.c.sancimus. 1. qu. 7. Crau.
consi.276.num.6. consi.274. nu.4. Cæphal.consi.
225.num.8.Iasi.l.admonendi. num.105. ff.de iu-
reiur. vbi Bart. nume. 27. Paris consi.7.num.18.
volum. 4. Bald.l.comparationes.C.de fid. instr.
l.inter cartulas. C. de conu. fisci. lib. 10. Socin.
consi.161. volu.2.consi. 295.colu.2.volu.2. Alex.l.
de pupillo.§.qui nunciat. ff. de oper. noui nunt.
consi.59.vol.2.consi.189. vol.7. Corn.consi.4.col.
3.volum. 2. Dec. c.2. col. 5. de fid. instrum. Item
constitutus in mortis articulo concubinam †du 170
cere potest in vxorem, & filii legitimantur per
subsequens matrimonium, Iasi. l.sed & si. nume.
4. ff.de liber.& posthum.c.tanta. qui filii sint le-
git. item potest condere testamentum, dummo
do articulatè loquatur, aliàs non. Iasi.l.si mihi. §.
si quis seruos. nume. 2. ff. de leg. 1. l.post dotem.
num.32.ff. sol. matr. Tertio not. quod honor, at
que libertas præfertur vitæ, †quàuis mors sit re- 171
rum omnium terribilissima, l. fin. ff. de pœn. gl.
fin. ver. suppliciis, vt non lux . hom. contra nat.
Barbat. consi. 47. vol. 1. iuxta illud, potius mori
quam fœdari, Ioan. Neuiz. in Sylu. nupt. lib. 1.
num. 34. Doct. l. isti quidem. ff. quod met. causa.
est enim mors turpitudini anteponenda. Luc.
de Penna l.1. C.de cap.ciu.censi.exim.lib.11.Item
non omitto. †quod mors citiùs venit propter 172
peccata. glosi. capit. qua fronte, de appellat. c.

 quali-

qualiter. il 2. de accusat. Nam per vnum hominem introiuit peccatum in mundum, & per peccatum mors, fuitque terminatus terminus vitæ hominis per centum viginti annos. ex quo lex præsumit vltra centesimum annum hominem non viuere, l. fin. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et hæc pauca dicta sufficiant pro præmissis in hac prima parte huius nostri Tractatus, Mors Omnia Soluit.

SEBASTI-

# SEBASTIANI MEDICIS
## *Tractatus,*

### MORS OMNIA SOLVIT, Pars secunda.

### SVMMARIA IN PARTEM secundam huius Operis.

1 *ACcidentia morte soluuntur.*
2 *Accidens esse non potest absque subiecto.*
3 *Accidens adest, & abest præter subiecti corruptionem,*
4 *Accidentia præcaueri non possunt.*
5 *Accusatio morte soluitur.*
6 *Hæres an possit prosequi accusationem.*
7 *Fisco quando bona applicantur morte, non tollitur delictum.*
8 *Læsæ maiestatis crimen ad hæredes transit.*
9 *Extincta causa principali extinguitur quæstio bo-*
10 *Furtum potest post mortem furantis quæri. (norũ.*
11 *Actio personalis soluitur morte. (cupletior.*
12 *Successor tenetur de furto quatenus factus fuit lo-*
13 *Vniuersalis hæres an de furto defuncti teneatur.*
14 *Debitor, & creditor si succedant ad inuicem, ad quid teneantur.*
15 *Actiua, & passiua actio in eadẽ persona non venit.*

*sed etiam quæ iuris municipalis.*
46 *Bannitus hæres institui non debet.*
47 *Bannitus excommunicato æquiparatur.*
48 *Beneficium soluitur morte.*
49 *Mens concedentis in gratijs est attendenda.*
50 *Beneplacitum soluitur morte.*
51 *Capitula inita cum uniuersitate ad beneplacitum durant donec reuocetur beneplacitum.*
52 *Cadauer sequestrari non potest ob usuras.*
53 *Debitor moribundus vexari non potest.*
54 *Mortuus solum à Deo cælesti iudicatur.*
55 *Calamitas soluitur morte.*
56 *Calumnia soluitur morte.*
57 *Carcerandi ius soluitur morte.*
58 *Hæres capi potest propria auctoritate, quando debitor poterat capi.*
59 *Hæres capi potest quando testator mandat grauare se, sua bona, & hæredes.*
60 *Ciuilis mors soluitur morte naturali.*
61 *Mors ciuilis triplex est.*
62 *Commodatum soluitur morte.*
63 *Compromissum soluitur morte.*
64 *Compromissum soluitur etiam morte ciuili.*
65 *Compromissum soluitur si recurratur ad iudicem.*
66 *Compromissum unum per alterum soluitur.*
67 *Conditio soluitur morte.*
68 *Hæres dicitur eadem persona cum defuncto.*
69 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
70 *Confessio soluitur morte.*
71 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
72 *Confessus pro conuicto habetur.*
73 *Hæres reuocare potest confessionem defuncti.*

74. *Appella*

127 Fideiuſſio quibus modis ſoluatur.
128 Forum defuncti an hæres ſubire cogatur.
129 Francandi pactum ſoluitur morte.
130 Pactum perſonale perſonam non tranſgreditur.
131 Gabella ſolui non debet pro mortuo animali.
132 Bannum non extenditur ad mortuum.
133 Gratia ſoluitur morte.
134 Priuilegium conceſſum filijs contemplatione parẽtum ſoluitur morte.
135 Immunitas quemadmodum ſoluatur morte.
136 Vxor vidua retinet priuilegia mariti.
137 Habitatio ſoluitur morte.
138 Dictio, quaſi, impro prietatem deſignat.
139 Hæres hæredis non dicitur hæres defuncti.
140 Fictiones duæ circa idem concurrere non poſſunt.
141 Priuilegiũ conceſſũ hæredi, de primo intelligitur.
142 Pœna adiecta hæredi, de primo intelligi debet.
143 Prohibitio facta per teſtatorem hæredi, de primo intelligitur.
144 Verba per prius nõ per poſterius ſunt intelligẽda.
145 Homo mortuus non eſt homo.
146 Honores, & munera morte tolluntur.
147 Continuatio munerum quando denegetur inter patrem, & filium.
148 Infamia ſoluitur morte.
149 Infamia quid ſit.
150 Infamia quibus modis irrogetur.
151 Infamia quibus modis probetur.
152 Infamis dicitur mortuus ciuiliter.
153 Ingratitudo ſoluitur morte.
154 Actio ingratitudinis non rei, ſed vindictæ proſecutionem continet.

155 Diſtin-

179 *Præscri-*

199 *Manda-*

251 Posses-

251 *Poſſeſſio ſoluitur morte.*
252 *Hæreditas quamuis ſit adita, nihilominus poſſeſ. non dicitur tranſlata.*
253 *Precarium ſoluitur morte.*
254 *Precarium quibus modis ſoluatur.*
255 *Præſtatio gratuita hincinde ſoluitur morte.*
256 *Priuilegium perſonale ſoluitur morte.*
257 *Priuilegium principis debet eſſe perpetuum.*
258 *Probandi facultas ſoluitur morte.*
259 *Procuratoris mandatum morte.*
260 *Promiſſio facti ſoluitur morte.*
261 *Proteſtatio ſoluitur morte.*
262 *Publicatio bonorum ſoluitur morte.*
263 *Querela inofficioſi teſtamenti ſoluitur morte.*
264 *Rebellio ſoluitur morte.*
265 *Rei morte iudicium ſoluitur.*
266 *Iudicium non ſoluitur in pœnis pecuniariis per (mortem rei.*
267 *Renunciatio ſoluitur morte.*
268 *Repreſaliæ ſoluuntur morte.*
269 *Requiſitio ſoluitur morte.*
270 *Reſcriptum gratioſum ſoluitur morte.*
271 *Reſtitutio ſoluitur morte.*
272 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur & ius acceptato(ris.*
273 *Reſurgēs mortuus beneficiū non recuperat.*
274 *Doctorari non debet amplius reſurgēs a mortuis.*
275 *Baptizari iterū non debet reſurgens a mortuis.*
276 *Reuocandi ius ſoluitur morte.*
277 *Scientia ſoluitur morte.*
278 *Ignorantia in facto alterius toleratur.*
279 *Promiſſio pœnalis ſoluitur morte.*
280 *Reſtitutio in integrum datur heredi emphyt. ſi non ſoluit annuam penſionem.*

281 Conductam rem à defuncto hæres non reſtituens
nõ incidit in pœnam.
282 Scire debet hæres ea, quæ cõtinẽtur in teſtamẽto.
283 Ignorantia in ſuis hæredibus præſumitur. (fũcti.
284 Expẽſas ſoluere tenetur hæres cauſã ꝑſequẽs de-
285 Sententia contra mortuum non fertur.
286 Seruitus perſonalis morte ſoluitur.
287 Seruus pro mortuo habetur.
288 Societas ſoluitur morte.
289 Pactũ fieri non põt, vt ſocietas trãſeat ad hæredes.
290 Socij hæres explicare poteſt geſta per defunctum.
291 Communio rerum diſcordiam parit.
292 Societatem continuari in hæredem poteſt deman
dari per teſtatorem.
293 Societas morte ciuili ſoluitur.
294 Societas ſoluitur actione perempta.
295 Sponſalia ſoluuntur morte.
296 Fornicatio eſt cauſa ſolutionis ſponſalium.
297 Status defunctorũ vltra quinquenniũ quæri non
298 Stipulatio pœnalis ſoluitur morte. (poteſt.
299 Suitas ſoluitur morte.
300 Teſtamentum mortuo teſtatore antequam ſit
lectum coram teſtibus, non eſt validum.
301 Teſtamentum ad pias cauſas validum eſt licet
non fuerit lectum coram teſtibus.
302 Tutela ſoluitur morte.
303 Tutela quibus modis finiatur.
304 Vicariatus ſoluitur morte.
305 Vindicta ſoluitur morte.
306 Voluntas ſoluitur morte.
307 Vſus ſoluitur morte.
308 Vſusfructus ſoluitur morte.

Pars

# PARS SECVNDA.

## CONCLVSIO PRIMA.

ACcidentia morte soluuntur,† Bald. 1
l. 1. C. de cond. ob causam. nam illa
esse non possunt absque subiecto.† 2
§. 1. Inst. de vsufr. l. 2. ff. eod. titu. Ias. l.
eius. §. quod si. ff. si cert. pet. Neuiz.
in Sylu. nupt. lib. 1. num. 231. Franc. in tract. de te
stib. concl. 27. nu. 58. Ias. l. si ita. nu. 5. ff. de verb. si
gnif. l. 1. nu. 44. ff. de leg. 1. Alex. cõs. 233. nu. 8. vol.
6. l. fin. ff. de coll. bon. Tiraq. in tract. primog. qu.
40. nu. 21. Cæphal. cons. 58. nu. 8. Dec. cons. 583.
nume. 9. adesse tamen possunt, & abesse præ- 3
ter subiecti corruptionem,† Arist. lib. prædic. c.
de accidente, quæ non veniunt in generali dispo 4
sitione: quia præcaueri non possunt.† gl. c. ad au
res. de æt. & qual. c. fin. de homic. l. illicitas. de of
fic. præs. Dec. cons. 473. nu. 2. cons. 523. nu. 3. Alc.
l. sed si. §. quæsitũ. nu. 19. ff. si quis caut. l. Titius.
nume. 4. ff. de libe. & posthum. Ias. l. à Diuo. §. si
post. num. 7. ff. de re iud.

## CONCLVSIO II.

Accusatio morte soluitur cum instantia.† & 5
omnia acta ante sententiam, decisio. 14. tit. vt lit.
pend. num. 3. in nouis, not. c. verum. de cond. ap
pos. c. accusatus. §. pen. de hæret. 6. glo. c. à nobis.
il 2. ver. mors. de sent. exc. l. si pater. ff. si pend. ap
pell. mors interu. l. 1. & sequ. C. si reus. vel actor

mort.fuer. vbi Azo nu. 1.in Sūma dicit hoc ꝓcedere, vbi accusator moritur. nā eius hæredes prosequi non possunt accusationem, seu querelam,
6 † sed bene ab altero poterit accusari, l. diui. ff. de accusat. Item hoc idē procedit in accusato mor
7 tuo, nisi bona fisco applicentur. † Tiraq. l. si vnquam. vers. reuertatur. nu. 241. C. de reuoc. don. Gomes. c. dilecti. & c. 1. nu. 8. de delict. Iul. Clar. Alex. in pract. §. fin. q. 51. Secundò fallit in crimi-
8 ne læsæ maiest. † Hier. Gig. in tract. de crim. læsæ maiest. q. 23. num. 24. Iul. Clar. in pract. crim. §. læsæ. vers. item. Tertiò fallit in crimin. hæresis, l. ex iudiciorum. ff. de accusat. l. apostatarum. C. de apost. Quid si moriatur accusatus appellatione pendente? Respon. idem esse quo ad crimen, sed quo ad bona, siquidem fuerint adempta expressim, perficienda erit appellatio, si autem erint a-
9 dempta † tacitè, extincta causa principali extinguitur quæstio bonorum, l. fin. C. si reus vel accusator. not. l. 1. C. ne ex delicto def. Iacob. conc. in add. ad Bart. l. diui. nu. 1. ff. de accus. Bart. l. si quis actiones. nu. 8. ff. de priu. delict. Si tamen hæres probet accusationem factam per defunctum, habebit præmiū statuti, Ioan. l. si decem. ff. de verb.
10 oblig. Item accusare potest de furto defuncti, † Bart. l. fi. ff. de priu. del. not. c. quorundā. 23. dist. §. per contrariū. Inst. de hære. quæ ab intest. def. Fel. c. super his. nu. 5. de accus. not. l. Caius. ff. ad Syll. dixi ego in tract. de leg. & stat. p. 4. q. 30. nu. 5. c. sane. 24. q. 2. c. neque. 88. dist. l. fi. ff. de mort. eorū, Boer. decis. 259. nu. 11. l. ex iudiciorū. ff. de accus. Crau. cōs. 119. nu. 3. not. l. aut priuat. ff. ad

Tur-

Turpill. Doct.l. si quis post.l. qui à latronibus.§. fi.ff.de test. Vãt.in tract.de null. in tit.de null. Ex defectu iurisd.nu.106.l.in sũma.§.fi. ff.de re.iur. l.Paul.ff.quæ sent.sine appell.resc. Capic.decis.1. nu.26.Doct.Com. l.eius qui.ff.si cert.pet. Mars. l.qui sine.num.17.ff.de quæst. dicam inferius in vers.crimen,& in vers.delictum.

## CONCLVSIO III.

Actio personalis soluitur morte,† Azo in Sũ- 11
ma, C.si vẽtr.nom.sequitur.n.psonã sicuti lepra
leprosum, Doct.l.1. C.de summa Trin. & fide
cath.Rub.ff.de reb. cred.l.pupillũ.§.in hæredes.
ff.de reg.iur.l.1.ff.de priu.del.§.non autẽ.Inst.de
ppet.& tẽpor.act.l.1.ff.de publ.iud. Doct.l.2.C.
qui test.fac.poss.Corn.cõs.195.vol.1.Anch cons.
273.Nõ.n.alteri per alterũ iniqua conditio infer
tur,neque alterius odio prægrauatur.l.iure natu
ræ.ff.de reg.iur.c.locupletari.de reg.iur.6.l.sicu
ti.ff.eod.Fallit primò,quãdo successor factus est
locupletior,† not.l.1.C.ne ex del.def. Secũdo fal 12
lit,quãdo à l. imponitur pœna, l.3 §.qđ autẽ. ff.qđ
quisq; iuris. Tertio fallit, cũ pro pœna defuncti
causatur except. l.in hæredẽ. ff. de calũ. Quarto
fallit,quãdo factũ est à prælato,q nomine digni-
tatis gessit,Inno.c.cũ dilect.de ord.cogn. Doct.
c.1.de solut. Quint.fallit.quãdo successor nõ vin
dicauit mortẽ defucti,l.Caius.ff.ad Syll.l.1.C.de
his,quib.vt indig. Sext.fallit in hæredib. vsurarij
c. tua de vsur. Sal.l.1.nu.8. C.ne ex delict.de fact.
Bart l.1.num.8.ff.de priu.del.ampl.1.pcedere in

 hære-

13 hærede vniuersali. † Baldus l. debitori. nu. 4. C, de pact. Secūdò ampl. in fisco hærede, l. Vrianus. ff. de fideiussor. Tertiò fallit in obligatione etiā naturali, l. debitor. ff. ad Trebell. Quartò ampl. vt procedat ipso iure; Bart. d. l. debitori. Quintò ampl. etiam si debitor, & creditor sibi succedant
14 ad inuicem, † l. Stichū. §. aditio ff. de sol. l. Muti anæ. ff. de cond. & dem. & hoc nisi pro parte tantum succedant, tunc enim pro parte tantum cō funditur actio, l. licet. C. de falsi. l. si ab eo, C. de neg. gest. Ratio huius quintæ limitat. est, quia in eadem persona pro eadem causa concurrere nō
15 potest actio actiua & passiua, † Bart. l. si vxor. C. de bon. auth. iud. poss. conc. cum hac concl. Bellam. c. ex parte. nu. 17. de arbitr. Bald. cons. 162. num. 5. volu. 2. Paris cons. 155. vol. 4. Cur. l. imperium. nu. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Ang. cons. 63. Marsil. l. fin. num. 16. ff. de quæst. Mileus in pract. crimi. nu. 152. Ignæus l. 1. §. si sibi. nu. 67. ff. ad. Sylla. Dec. l. pupillū. §. hæredes. nu. 3. ff. de reg. iuris.

## CONCLVSIO IIII.

16 Adoptio soluitur morte † adoptantis, §. 1. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solu. l. si pater. ff. eod. Ampl. 1. procedere, vt soluatur etiam morte ciuili, not. §. pœnæ. §. cum autem. Inst. eod. tit Tertiò soluitur propter delictum contrahendi incestas nuptias, §. sancimus. auth. de incestis nupt. Quartò si adoptatus consecutus fuerit dignitatem aliquam, vt consul & episcopus, l. fi. vbi Doct. C. de decur. lib. 10. §. filius. Inst. quibus mod. ius patr.

pot.

pot.ſolu. Quintò ſoluitur etiam per emancipationem, l. emancipati. ff. de adopt. §. præterea. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu. Hoſt. in Summa de cogn. leg. num. 8. conc. cum hac concl. Oldra. conſ. 139. Alex. conſ. 83. volu. 2. Petrus ſing. 27. Marſ. l. fin. num. 40. ff. de quæſt.

## CONCLVSIO V.

Adulterij querela ſoluitur morte † viri, vel mu- 17
lieris, vnde vir ſuperſtes lucratur dotem, mulier autem ſuperſtes illam repetere poteſt, Ant. c. fi. de don. Bart. l. rei. §. morum. ff. ſol. matr. deciſ. Pedem. 77. num. 10. non enim ius querelandi tranſit ad hæredes, ſicuti ius tollēdi feudum non trāſit ad hæredes, † l. omnimodo. C. de inoffic. teſta. 18
Boer. deciſ. 338. num. 7. conc. cum hac 5. concl. Alex. d. l. rei. num. 3. ff. ſol. matr. Bald. l. fin. C. de adulter. Alba. conſ. 25. nu. 11. Fallit niſi ante mortem querela interceſſerit, † Specul. tit. de don. in- 19
ter vir. & vxor. ver. quid ſi mulier. vbi Bald. verſ. an hæredes. Rayn. l. 2. §. fin. ff. ad Syll. Ant. c. fi. de don. Paul. l. 2. §. ſi voluntate. ff. ſol. matr. Imola l. ſi conſtante. in fine. ff. eod. Bart. l. rei iudicatæ. num. 5. ff. ſol. matr. gl. §. adulteram. Auth. vt nulli iud. §. quia verò. Auth. vt liceat matri, & auiæ. notat l. fin. C. de dot. promiſſ. Secundo fallit, ſi maritus, vel vxor ignoraſſent, † quo caſu iniuriam 20
remiſſam eſſe non præſumitur, arg. l. error. l. non eſt. ff. ad l. Falc. in dubio tamen ignoraſſe præſumitur, l. veriùs. ff. de probat. Tertiò fallit, quando maritus, vel vxor ſtatim fuiſſent mortui poſt

adultérium, tunc enim iniuria non præsumeretur remissa, not. l. si mater. C. de inoffic. testam. Concl. autem procedit quãdo sciens, & prudẽs quilibet aliquo tempore tacuerit, † nam quasi si
21 mulando remisisse præsumuntur, l. omnino. C. de inoffic. testa. l. 1. in fine. C. de reuoc. don. l. Procula. ff. de probat. not. l. posthumus. C. de inoffic. test. Bald. cons. 302. & sequ. volum. 3. Tiraq. l. si vnquam. vers. susceperit. nume. 217. C. de reuo cand. donat.

## CONCLVSIO VI.

22 Affinitas soluitur morte, † l. cui. §. affinitates. ff. de postul. c. infames. §. affinitates. 3. q. 7. Vnde Cic. in Orat. pro Publio Sextio, ademit, inquit, altum soceri nomen mors filiæ, gl. l. sed hoc, ver. succurrendum. ff. de re iudic. Alex. l. legit. l. non tantum. C. com. de succ. Baldus l. affinitatis. C. eod. Paul. l. fina. C. de verb. sign. Bald. c. accedens. vt lite non cont. c. in literis. de testibus, Alex. cons. 207. volum. 6. Vnde, quam diu durat affinitas, affines testificari non possunt pro inuicem, secus autem si fuerit morte affinitas soluta, Lanfrancus c. quoniam contra. de prob. Mars. l.
23 1. §. idem. ff. de quæst. Vnde statutum disponens inter affines compromitti debere, † intelligi debet affinitate durante, quæ conclusio intelligitur procedere in ciuilibus, secus est quo ad impedimentum matrimonij, Diu. Thomas 3. parte summæ. quæst. 55. articul. 2. & toto titulo de cons. & affinitate.

CON-

## CONCLVSIO VII.

Amicitia soluitur morte,† iuxta illud Terentianum, Te mihi nisi mors adimet nemo. ex quo sequitur, quod eo casu, quo quis repellitur ab agendo aliquid amicitiæ causa. mortuo amico illa exceptio cessat, c. accusator. 3. qu. 5. Spec. §. 1. tit. de teste, Bald. l. eos. q. 1. C. eod. Doct. l. sciendum, C. de vsur. gl. §. cogitandũ, vers. testes. auth. de monach. & quia amore captus quodammodo æquiparatur mortuo, † quicquid agit in eo, mitius punitur, furore enim amoris nihil vehementius est. vnde omnia vincit amor, not. Oldr. cons. 210. col. 2. c. maiores. §. sed hoc. de Bapt. Faber §. vxor. Inst. de inoffic. test. Boer. q. 23. nu. 75. Abb. cons. 4. vol. 1. Bald. l. precibus. C. de impub. not. l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. vnde qui plus castigat, plus amore ligat, Neuiz. lib. 1. Syl. nupt. nume. 109 24 25

## CONCLVSIO VIII.

Afflictio soluitur morte, † vnde mors est solatium priuatis omnibus bonis, l. fi. C. de l. Iul. maiest. iuxta illud Cla. Senẽsis [*Tutte l'humane cure trõconsi al colpo di morte. s'engorsi in morte tutti l' humani lumi*] Paria enim sunt insidiari vitæ, & omnibus bonis, Auth. quod matri, & auiæ, C. de reuocan. don. Item metus amissionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis, † Bart. l. athletę. ff. d exc. tut. Iac. l. propter. ff. eo. Doct. Com. l. isti. quidẽ. §. si is. ff. quod met. causa. Bart. l. pœna. ff. 26 27

de cond.

de cond. ob turpem causam. Fulgos. cons. fin. columm.1. Abb c.2.col.fin. eod. tit. de eo. quod metus causa, Alc.l.interpositas.C.de transact. Mars. l.vt allegas.num.5. C.de sicar. imò (vt Baldus inquit) maior est pœna omnium bonorum, quàm mortis, l.certa. C. de iure fisci.lib.10. Nã ea quæ fiunt in bonis, in persona fieri dicuntur, & ita licet restituere ei, qui de statu, & capite cõtrouersiam mouet: ita etiam ei, qui de omnibus bonis, vel maiori parte, Baldus d.l. athletæ. §. dat. ff. de exc.tut.Ioan.And.c.cum oportet.de accusat. colum.2.Ias.cons.177.volu.2.quo casu frater pro
28 fratre † testis esse non potest, Baldus l. parentes. nume.1.C.de testibus. Aret.cap. cum oporteat. nume.10.de accusat.Bauer.§.pater.num.23.Instit. de testam. Lanfrancus, in tract. de testib.nu. 80.nota tamen quod in persona egregia, quælibet
29 minima pœna corporalis est maior † qualibet pœna pecuniaria. l. si in seruorũ. ff. de pœn.

## CONCLVSIO IX.

Animal mortuum non dicitur animal, † vnde
30 qui tenetur animalia tradere, puta cappones, non liberatur, si mortuos tradiderit, Doct. Cõ. l.quod te. ff. si cert. pet. Ang.l. qui decem. §. fi. ff. de sol.l.1.§.cũ etiam.ff.si quadru. paup. fec.dicatur. Et homo mortuus non dicitur homo, † sed
31 cadauer, Ballamera cap.ex parte.num.16.de arbitr.not.l.1.ff.si quis ius dic.non obt.l. contumaciam.§.1. ff. de re iudica. Petrus Instit. de l.Fusia Canin. tollenda. numer. 6. glos. l. itaque. ff. de furt.

furt. Imol.l.qui Romæ.§. Augerius.num.3.ff.de verb.oblig.Imol.c. Raynutius, nu.144.de testa. Marſ.l.fin. nume.25. de quæſt. Bald.in tract.ſtat. verſ. pœnam. nec ſoluitur gabella pro mortuo animali,† Bart.l.cum de lanionis.ff.de fundo in- 32
ſtr.dixi ego in tract.de reg.iuris, reg.6.num. 46. & dicam inferiùs,ver.homo mortuus.

## CONCLVSIO X.

Appellatio ſoluitur morte,† ſiue actor,ſiue re 33
ùs moriatur, quando cauſa erat criminalis. niſi expreſsè bonorum fuerit facta ademptio,Doct. l.fin.C.ſi pend.appell.reus,vel accuſ. mort.fuer. ſecus autem ſi ciuilis cauſa eſſet.l.1. C.ſi pend.ap pell. mors interceſſ. Hoſt.in Summa, de appell. num.12. l.fin. C. ſi reus, vel accuſ. l. ſi quis poſt.l. qui à latronibus. ff. de teſta. Vant. in tractat. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iuriſd.nu.106. l.in ſũma.§.fin. ff. de reg.iur. l.Paul.ff.quæ ſent.ſi ne appell.reſc.l.de qua.§. fin.ff.de re iud. Capic. deciſ.1. num 16. Item non ſoluitur ſi procurator ad illam cauſam† conſtitutus eſſet,qui ante mor 34
tem litem conteſtatus fuiſſet, vel dominus de iudicatum ſoluendo ſatiſdediſſet præſente, & non contradicēte procuratore: his enim caſibus ſententia pro defuncto, vel contra defunctum ferri poterit. dummodo in perſona procuratoris formetur concipiaturue,l.nulla. vbi Bald.ff. de procur.l.defũctus.ff.eo.Bald. l.1.C. de ſent. Caſſad. nu. 2.deciſ.2. de appell. Marſ l.qui ſine. nu 17.ff. de quæſt.ampl.etiam ſi moriatur res de qua agitur,

tur, nisi reus fuerit in mora, tunc enim si ad vsũ hominis deuenire põt, debetur. vt mortuo bo-
35 ue † coriũ debetur, l. si seruus. §. boue. ff. de cõd. furt. alioquin ad æstimationem deuenitur. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. Azo in Summa, C. si pend. appell. num. 2. In casu tamen, cui hæredi dabitur appellatio, conceditur eis terminus quatuor mensium ad exercendam, non autem ad deliberandum, l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. l. fin. C. pend. appellat. Azo in Summa, C. si post creationem quis decesser. num. 3. præsertim quando pœna pecuniaria est, Bart. l. ex iudiciorum. de accusat. l. si qua pœna. ff. de verb. sign. l. 1. colu. 4. C. ne ex delicto defuncti. Doct. Com. l. 3. ff. si pend. appell. mors
36 inter. † Secundo modo tollitur appellatio per rem iudicatam, not. l. 1. ff. de re iud. Tertiò hoc idem per desertionẽ, gl. l. 2. C. de tẽpor. appellat. in dubio tamẽ nõ est pronũciandũ esse desertã, Alex. l. 1. ff. si quis caut. cõs. 163. vol. 2. Dec. cõs. 83.

## CONCLVSIO XI.

37 Arbitri potestas soluitur morte, † seu cõpromissum morte finitur, nisi actum sit quod transeat ad hæredes, l. arbiter. ff. de rec. arb. l. nõ distinguemus. §. soluto. ff. eod. c. præsentata. de testib. l. actione. §. morte. ff. pro socio. l. diem. l. sed & si. l. si compromissum. ff. de arbitr. Abb. c. compromissi. nu. 2. ff. de arbitr. idẽ soluitur morte alterius cõpromittentiũ, nisi de hæredib. aliquid fue-

rit

rit actum, Bald. cons. 2. num. 1. volu. 3. Item fallit hoc dictum in re diuidua, nam mortua vna persona, & extincta vna re, durat adhuc compromissum, quo ad alias, cũ tot sint compromissa, quot partes, & personæ, l. ad officium. C. de com. diu. l. scire. ff. de verb. oblig. l. si plures. ff. de iniuriis. In re autem indiuidua finitur compromissum morte vnius tantum, vt est in seruitutibus, l. hæredes. §. an ea. ff. fam. hercisc. l. loci. §. pen. ff. si seruit. vend. Tertiò fallit, quando non facta mentione hæredum, sed pro se, & vxoribus compromiserunt duo promittentes, & alterius vxor moritur, non finitur compromissum, cum executio non contra illam, sed contra promittentem fieri deberet, l. Plautius, ff. de procur. Ang. cons. 249. Quartò fallit in iudiciis quando nomine dignitatis compromissum fuit, l. proponebatur. ff. de iud. l. mortuo iudice. C. de ped. iud. Quintò fallit in arbitratore, quia arbitrium non soluitur morte. est enim transactio quædam, in quam hæres succedit. Sextò fallit post sententiam latam, l. diem. ff. de rec. arb. Septimò fallit in compromisso facto per prælatum, in fauorem ecclesiæ. quo casu eo mortuo transit ad successorem, c. 1. de arb. c. 2. de præc. c. 1. de societ. c. fina. ne præl. vices suas, secus si esset in perpetuũ detrimentũ ecclesiæ, nam & eo viuo eo casu non tenet, cap. 3. eod. tit. Quod autem arbitriũ non soluatur morte, † not. Specul. tit. de arbitr. §. fin. ratione superius relata, de qua c. Quintauallis. de iureiur. 38
auth. si vero. C. de iud. DD. Com. vbi Ioã And. & Ant. c. cõpmissũ, vbi Imol. nu. 6. de arbit. Lãfrãc.
tract.

tract. de arbitr. 6. memb. num. 46. Item & secun
dò not. arbitri potestatem pluribus modis sol-
ui, quorum primus est, si inimicitiæ interuene
39 rint, † vel infamia facti, l. licet. ff. de arbitr. l. non
distinguemus. ff. eod. Secundò, si arbiter fuerit
in magistratu positus. l. 3. ff. eod. Tertiò, secuta
sententia, l. diem. ff. de arbitr. Quartò soluitur
per lapsum temporis, l. si cum dies. ff. eod. Quin
tò si litigantes ad aliud iudicium peruenerint, l.
litigatores. ff. de arbitr. Sextò soluitur acceptila
tione, pacto, & transactione, rei peremptione, sa
cerdotio adueniente, l. non distinguemns. §. cō-
promisso. ff. eod. Septimò per cessionem bono-
rum vnius ex litigantibus, l. item si. ff. de recept.
arb. Octauò, quando compromissum claudicat,
l. quid tantum. §. pen. ff. eod. c. cum inter. de exc.
Nonò per pronunciationem incertam, l. item. §.
idē. ff. de arbitr. Decimò, quando est manifesta
turpitudo, quando accepit pecuniam, vt pro al-
tera parte pronunciet, l. item si. ff. eod. Vndeci-
mò, quando latum fuit extra petita, l. quod tan-
tum. ff. eod. Duodecimò, cum pronunciatur die
feriata, l. omnes. C. de ferijs. Decimotertiò, quā
do pronunciauit alibi, quàm fuit compromissū.
l. si cum dies. §. si arbiter. ff. eod. vel absente parte,
Specul. tit. de arbitr. §. finitur. nu. 2. §. seq. nu. 10.
latiùs dicam infer. in vers. compromissum, conc.
cum hac concl. l. Titio. ff. de vsufr. Inst. quib. mo
dis ius patr. sol. not. l. 1. C. si reus vel accus. mort.
fuer. l. defūcto. ff. de publ. iud. Corn. cōs. 195. nu.
8. vol. 2. Dec. l. pupillū. §. in hæred. nu. 3. ff. de reg.
iu. l. 2. ff. de pet. leg. Bald. l. vni. C. ne ex delict. def.

CON

## CONCLVSIO XII.

Aſſecuratio data ſoluitur morte † aſſecurantis, niſi nomine dignitatis conceſſa fuerit, vt dicam inferius, verſ. fideiuſſor. 40

## CONCLVSIO XIII.

Aſſeſſoris officium ſoluitur morte, † l. 1. C. de offic. eius. debetur tamen ſalarium mortuo aſſeſſore hæredibus. Iaſ. l. diem functorum. nu. 8. vbi Doct. Com. ff. de offic. aſſeſſor. hoc idem ſi moriatur præſes, † eo enim caſu aſſeſſori ſalariũ debetur, Alex. Iaſ. Dec. & omnes poſt Bar. d. l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſor. concordãt cum hac concl. Doct. Com. l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Fulgoſ. num. 25. not. l. cum poſt. ff. de adminiſtr. tutor. l. qui habeant. ff. de rebus dub. l. quod principi. l. ſi Auguſtæ. ff. de leg. 2. & dicam infer. latiùs, in verſ. delegatio. 41 42

## CONCLVSIO XIIII.

Bannum ſoluitur morte; † vnde ſi filij fuerint banniti intuitu patris, eo mortuo liberãtur. Angel. l. incola. ff. ad munic. l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. l. 1. C. de poſtul. l. ſororem. ff. de his, quibus vt indign. Item ſtatutum, quod bannitus offendi poſſit, ad mortuum bannitum non extenditur, Bald. d. l. ſororem. Marſ. l. fin. nume. 42. ff. de quæſt. l. ſi pœnam. ff. de pœnis, Bald. l. ex hoc iure col. 3. ff. de iuſt. & iure, & in tract. ſtat. ver. Bannitus. 43

tus, Salic.l.qui ſepulcri. C.de ſepulcro viol. Angel.tract.malefic.verſ.veſtem.col.1.not.l. diuus. ff.de bon.damn. Imo ſpolians cadauer furca ſuſ-
44 pendi debet, † Bald.l.de his.C.de furt.niſi bannitus incontinenti poſt mortem ſpolietur, Rom. & Salic.l. gerit.ff.de acq. hæred. Paulus conſ. 33. Quæ enim incontinenti fiunt, cenſentur in eſſe, vt latè dixi in tractat. de reg.iur.reg.5.ampl.165. Marſ.l.fin.nu.31.ff.de quæſt.& quia banniti amit
45 tunt non ſolum ea quæ iuris municipalis ſunt, † ſed etiam ciuilia, Iaſ. l.1.nu.6. C.de hæred.inſt. Inſt.de act.in princ.nume.36.conſ.167.nume.2. vol.2.Socin.conſ. 28. nume.14. vol.3. Paulus l.1. num.4. C.de hæred. inſt. Ripa l.fin.q.23. nu.86. C.de reuoc.donat. Curt.conſ.82.num.7. Ruin. conſ.49.nu. 4.vol.6.conſ. 26.num.2.vol.5. Dec. conſ.438.num.8. Afflict.deciſ.6. num.4. Bald.l. ſi qua pœna. num. 2. ff. de his, quibus vt indign. Marſ.l.qui duobus.nu. 15.ff.ad l. Corn.de ſicar. Fortun.l. Gallus. §.& quid ſi tantum.num.20.ff. de liber. & poſth. ideo dum eſt bannitus, non eſt amplius ciuis, Fel.c. ex literis. nu. 227. de conſt. nec meretur in ciuitate ſepeliri, l. 2. vbi Bart. C.
46 de cadauer. pun. nec hæres inſtitui, † Doct. Cõ. l.1.C.de hæred. inſt. Secundò, nobilitatem amittit, Fel. c.intellenimus. num. 2.de iudic. Tertiò, põt impunè occidi, Ang. conſ.14. Nellus in tract. de bãnit.2.par.3.p. nu. 20. Quartò amittit bona. DD.Com.auth.bona. C.de bon.dam. Quintò efficitur ſeruus pœnæ, Cor. conſ.55.vol.2. Aegid. Boſſ. in pract. crimin.tit. de bannit. nu.12. Sextò tollit patriam poteſtatem, Angelus & Imola l. ſi

cum do-

cum dotem, §.si patri. ff.sol. matr. Septimò non potest cedere iura sua, Bald.l.per diuersas.qu.9. C. mand. Octauò, æquiparatur mortuo, l. tam mandatori. C. de non num. pec. vt dixi super.in prima par. num.50. Item excommunicato æqui paratur,† Ias.l.1.§.sublata.num.10. ff.ad Trebell. 47
& potest impunè occidi etiam si cancellatus esset de banno ante cancellationem factam, Mars. l.1.num.72.ff ad l.Corn de sicar. Doct. Com.l. non solum. §. morte. vbi Rubeus num. 64. ff. de oper.noui nunt. Socin. cons.58. num.12.volu.1. Bart. Auth.cassa.vbi Dec. nu.12. C. de sacr.sanct. eccl. Dec.cons.327.num.6. Gozzad.cons. 6.nu. 5.Dec.l.qui cum alio. num.5.ff. de reg. iur. Item hoc idem est si iniustè bannitus fuisset, Iacobus Menoch tract.de arbitr.iud.lib.1.q.90.nume.7. Bald.in tract.de pace Const.num.83. Bellamera cap. ex parte. nu. 37. de alien. iud.mut.cau.fact.

## CONCLVSIO XV

Beneficiũ soluitur morte.† not Doct. Com. 48
c.priuilegium. de reg. iur. 6. nec valet beneficiũ datum mortuo, si tempore concessionis mortuus erat, l.Neratius.ff.de reg.iur. est enim concedenda gratia viuis, vt ex mente concedentis col- 49
ligi potest, † c. inter. de sent. exc. Ias.l. ex facto. in 3. not. ff. de vulg. Fallit in his, quibus mortui sunt capaces, Fel. c. à nobis. de senten excom. Item not. quod in beneficio mala fides prædecessoris soluitur morte, nec nocet successori. Augustinus Bertr. capi. de quarta. nume. 16.

de præscr.conc.cum hac concl. quæ dicam in sequenti,& infer.versic. gratia,priuilegium, & rescriptum.not.contr.c.decet.de reg.iur.6.

## CONCLVSIO XVI.

Beneplacitum soluitur morte,† Gozzad. consil. 22.nu. 7.not.l. 4.loc. c.si gratiosè. de rescr.6. Bart.l.& quia.ff.de iurisd.omn.iud. vnde suspensio facta ad beneplacitum alicuius soluitur morte,seu reuocatur. Angel. cons.217.col.9. Mars.l.
51 fin.nu.41.ff. de quæst. † Item capitula inita cum vniuersitate ad beneplacitum,durant donec reuocetur beneplacitum, vel moriatur ille, ad cuius beneplacitum inita sunt,Corn.cons.235.volum.2. cons.29. eod. vol. Gozzad.cons.22.nu.4. Gemin.c.si delegatus de offic. deleg. 6. Volūtas enim post mortem non durat. d.c.si gratiosè.de rescr.6.Bart.l.centesimis.ff. de verb. oblig.not.l 4.ff.loc.l. mandatum C.mandati.§. item.Instit. eod.tit.Dec.cons.108.l. vxorem.§.pen.ff.de leg. 3.Fallit hoc dictum in cōtractibus,quemadmodum latiùs dicam inferius,vers.voluntas;Dec.d. consil.108.

## CONCLVSIO XVII.

52 Cadauer sequestrari non potest † ob vsuras, quæ morte soluuntur, quo ad pœnam corporalem,Boer.q.287.num.2.Ioan.de Anania c.sicut. colum.3. de iud. Ripa in tractat.de rem.præseru. contra pestem, nu.101. Didacus lib. 2. var. resol. cap.1.

cap.1.num.10. Item non poteſt impediri ne ſepeliatur, etiam ex debito guarentigiato cui parata eſt executio. Abb.c.ex parte.il 1. de ſepul. Fel. c. ſicut. de ſepultu. Gulielmus c. Raynutius. verſ. morte. nu. 55. de teſtam. Marſ.ſing. 199. Roder. l.poſt rem. num.6.ff. de re iud. Grammat.deciſ. 82.† Imò, ſi creditor vexat debitorem moribundum, ius ſuum amittit, Auth.item.C.de ſepulcr. viol. Auth.ſed neque. C.eod. Et nullitas actus inducitur, ſi creditor hæredes debitoris vexat, Ripa in tract. de peſte.tit.de remed. præſeru. num. 104. Item cadauer ſuſpendi non debet, Aegid. tit. de exec.num. 18. Dec.l. pupillum. §.in hæredem. ff. de reg. iur. niſi pro atrociſsimo delicto. Iaſ.l. ex facto. ff. de vulg. Nec de ſepultura euelli poteſt: niſi ſit repertus hæreticus excommunicatus, vel vſurarius manifeſtus, Ripa in tract. de remed.præſeru.contra peſtem. nu.145. Gram.deciſ. 82.nu.5. vel niſi parricida fuiſſet, vel ſeipſum interfecerit, Iaſ.l.2.col.1. C.qui teſta.fac.poſſ. Dida.lib.1.var. reſol.c.2. nu.11. Regulariter tamen mortuus ſolum à Deo cœleſti condemnari poteſt.† l.de qua re. §.cum abſentem. ff. de re iud.l. 54
pen.ff.quæ ſent.ſine appell.reſc. Angel.conſ.68. Curt. conſ.60. Bart.l. defuncto. ff.de publ.iud. not.l.fin.C.ſi reus vel actor.

## CONCLVSIO XVIII.

Calamitas ſoluitur morte, † Tiraq. in tractat. 55
de nobil.c.31.num.498. vnde dicitur,

*Optima non naſci res eſt mortalibus ægris,*

 *Nec ſo-*

*Nec solis radiis cernere luminibus.*

vnde Iob. fuissem quasi non essem de vtero transl latus ad tumulum; con. quæ dixi super.concl.8.

## CONCLVSIO XIX.

56 Calumnia soluitur morte, † ideo mortuus homo accusari non potest: nec etiã suspendi, Doct. Com. l.1.C.si reus vel actor. Fallit in atrociorib. criminibus, l. ex iudiciorum. ff. de accusat. l. apostatarum. C. de apostat. l.3. ff. de bon eor. l. defunctis. C. eod. conc cum hac concl. quæ dixi super. concl.2. facit l.1. C. ne ex delicto def. §. non auté. Inst. de perpet. & tempor. act. cap. quorundam. 23. distin. Aret §. publica. nu.3. Institut. de publ. iud. dicam inferiùs versicul. crimen. vt versicu. delictum.

## CONCLVSIO XX.

57 Carcerãdi ius soluitur morte debitoris, † quo casu hæres debitoris carcerari non debet stante statuto, quod debitor personaliter capi posit, Bart. l si decesserit. ff. qui satis. cog. Bald. l. per diuersas. q.10. C. mand. Imola l. si quis legauerit. ff. de leg.1. Ampl. etiam si data esset licentia à debitore. Bald. in Margar. ver. hæres. Secundo ampl. etiam si non fecisset inuentarium, Bart. l. postulãte. ff. ad Trebell. Bald. l. fin. §. si præfatam. qu.3. C. de iure deliber. Alex. l. si decesserit. ff. qui sa-
58 tisd. cog. Sapia l. hæres. num.5. ff. de iudic. † Fallit tamen primò quando debitor propria autho

ritate

ritate capi poteſt, tunc enim etiam hæres capi poterit, licet de hærede nulla ſit facta mentio, Doct.Com.l.poſtulante.ff.ad Trebell. Abb.c.fi. col. 1. de arbitr. ſecus eſt in eo, qui virtute pacti capi poterit, Crotus l.nemo.num.14.ff.de leg.1. Alex l.quia tale.§.eleganter.num.14.ff.ſol.matr. Salic.l.fin.§.in computatione.C.de iure deliber. Imol.l.4.§. prætor. ff. de damno infecto. not.l.ſi cui.§.fin.l.diuortio.§.interdum.vbi Iaſ. nu. 6.ff. ſol. matr. Gomeſ.§. fuerat.nume.35. Inſt.de act. Iac.l.1.nume.18.ff.ſi cert.pet. Chaſſen.in conſue tud.Burgun.Rubr.11.§.6.nume.1. Abb.conſ.86. nume.4.volum.2.Decius conſil.536.nu.2.Secũdò fallitquando teſtator grauaret,† ſe,ſua bona, 59
ſuoſque hæredes, tunc enim hæres capi poterit, ſecus ſi ſua tantum bona obligaret, Bart.l. ſi deceſſerit.nu.1.ff.qui ſatiſ.cog.vbi Iaſ.nu.13.& not. quod perpetuus carcer æquiparatur morti, & quicquid agitur in eo ſiue contractus, ſiue teſtamentũ non valet, l.qui in carcerem.ff.quod metus cauſa, vbi Doct.Com.

## CONCLVSIO XXI.

Ciuilis mors, ſoluitur morte naturali,† Bella 60
mera.deciſ.1.tit.de hæret.num. 32.fallacia enim alia aliam trudit, & vna fictio tollitur per alterã, ſicuti clauus clauo cuditur.vnde ſeruitus quæ dicitur mors ciuilis, l. quod attinet. ff de reg. iur. ſoluitur morte naturali. §. finitur. Inſt. de vſufr. eſt enim maior effectus mortis naturalis, quã ciuilis, Aug.Ber.c.in præſentia.nu.535.de ꝓbat.nã

 mors ci-

mors ciuilis habet effectum mortis naturalis in casibus tantum a iure expresſsis, Alex.conſ. 139.
61 vol. 2. Et not. † quod mors ciuilis triplex eſt; Prima dicitur maior capitis diminutio, cum amittitur libertas, & ciuitas. §.1. Inſt. de cap. dim. Secũda, quãdo ciuitas tantũ, & dicitur media capitis diminutio, l.1. §. ſi filiũ. ff. de bon. poſſ. contr. tab. Tertia eſt minima, cum retinetur ciuitas, & libertas, ſed tollitur tantũ velle, & nolle, not. l. eius. §. fin. ff. de reſt. in integr.

## CONCLVSIO XXII.

62 Commodatũ ſoluitur morte, † non enim hæres ſucceſſor erit earum rerum, quas defunctus habuit nomine cõmodati: ſicuti talis hæres petere non poteſt ſe mitti in poſſeſsionem earum rerum ex l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. Bald. l.1. C. ſi de mométanea poſſ. & hoc procedit ne poſſit aduerſus illũ, qui depoſuit, agere. Fallit ſi res commodata fuerit ab alio occupata, vel detenta pro qua datur etiam actio furti, l. fi. C. de furtis, & remedium reintegrandæ, Spec. in tit. de pet. & poſſ. §. 1. per l. fin. C. de præt. pign. Alex. l.1. ff. de acq. poſſ. Cin. l.1. C. quorum bon. l.1. §. quód autem. ff. de vi, & vi armata. conc. Doct. l. quidam. C. qui teſtam. fac. poſſ. Marſ. l. fin. ff. de quæſt.

## CONCLVSIO XXIII.

63 Compromiſſum ſoluitur morte arbitri, † etiam ſi vnus ex pluribus moriatur, Doct. Com. c.

vno.

vno. de offic. deleg. Doct. Com. l. duo. ff. de re iu dic. glo. l. diem. §. 1. ff. de arbitr. Blanch. in tract. de compr. tit. de annull. compr. num. 1. Item ſoluitur etiam morte alterius partis, c. fin. de arbit. non enim iura compromiſsi tranſeunt in hæredem, l. diem. ff. d rec. arb. Innoc. c. ex parte. eod. tit. etiam ſi inſtãtia data fuiſſet, Abb. d. c. fi. Non enim extenditur compromiſſum ad caſum non expreſſum, c. dilectus. de arb. Alia eſt ratio, quia in arbitris electa eſt induſtria perſonæ. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbitr. qui ſubdelegare non poſſunt, Spec. in tit. de arbitr. §. finitur. verſ. item. nu. 2. Bart. l. qui liberis. §. hæc verba. colum. 2. ff. de vulg. Imola c. fina. de arbitr. c. Quintauallis. de iureiur. [illegible] arbitratu. ff. de verb. oblig. Lanfrãcus in tract. de arbit. 3. qu. 44. princ. Bapt. in tract. de arbitr. q. 52. Ampl. 1. etiãſi compromiſſũ factũ eſſet ex diſpoſitione ſtatuti. Secundò ampl. etiam ſi compromittentes ſtipulati eſſent compromittere in vnum, vel plures, quia cum talis ſit actio perſonalis, non egreditur perſonam, l. Sempronius. ff. de vſufruct. leg. Tertiò ampl. etiam ſi ante mortem alterius concluſum eſſet in cauſa, Doct. Com. l. diem. §. 1. ff. de arbi. Quartò ampl. etiam ſi aſsignata eſſet dies ad ſententiam ferendam, Abb. c. ex parte. de arbitr. Fallit, ſi iam lata eſſet ſententia, nam executio ad hæredes extenditur, gl. l. diem. ff. de arbitr. Specul. §. finitur. ff. de arbitr. Henr. c. fin. eo. tit. Secundò fallit, quando compromiſſum eſt pro ſe, & pro ſuis hæred tunc enim ad eos tranſit, Marſ. ſing. 54. Bald. conſ. 102. vol 3. ſi tamen

pars de hærede mentionem fecerit, de altero nō intelligitur, l. sed & interpellatur. §. ab altera. ff. de arbitr. Tertiò fallit, quando compromissũ factum fuit nomine dignitatis, vel vniuersitatis, tũc enim ad successores extenditur, Doct. Com. l. proponebatur. ff. de iudiciis. Din. l. si grege. ff. de leg. 1. §. si grex. Inst. de leg. dũmodo sit in eius fauorem, & vniuersitas non sit destructa penitus authoritate principis, & postea restituta, Doct. l. intercidit. ff. de cond. & dem. Conc. quæ dixi super. concl. 11. ad quæ dicta addas, quod compro-
64 missũ soluitur etiã morte ciuili, † vt per ingressũ monastarij, not. Auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. idem si fuerit bannitus, Blas. tract. de arbit. q. 53. Doct. Com. l. quis arbitratu. ff. de verbor. oblig. præsertim quando sunt confiscata bona, in quibus succedit fiscus, vt hæres. item hoc idẽ si excommunicatus esset. c. vno. de offic. deleg. Specul. tit. de arbitr. §. finitur. vers. si tamen absolutus, & restitutus fuerit, reassumit iurisdictionem, si verò protulit dum est bannitus, vel excõmunicatus, nisi opponatur de his, sententia valet, Doct. Com. c. sciscitatus. de rescr Secundo
65 modo soluitur, † si recurratur ad iudicẽ, nisi statutum aliter disponat, dummodo soluatur pœna adiecta in compromisso, l. nõ distinguemus. §. compromisso. l. litigatores. ff. de arbit. Bart. l. qui fidem. ff. de transact. l. sed & si. & l. seq. ff. de arbitr. Rom. cons. 338. Alex. cons. 72. volu. 3. Bapt.
66 tract. de arbitr. qu. 51. Tertiò vnũ compromissũ per alterũ soluitur, † l. sed & si. & l. seq. ff. de arbit. not. c. 1. de regul. iur. l. nihil tam naturale. ff. co.

Doct.

Doct.Com.clem. quandiu. de appell c.innotu-it.de arbitr. Facit ſimil.l.pacta nouiſsima. C. de pact.Bald.l.falſus.colu.9. C.de furt.l.Semproni us.ff.de leg.2.l.ſi ita.ff. de hæred.inſt. Soci. conſ. 87.volu. 4.Lapus Alleg. 99. Decius c. cæterum. nu.5.de reſcr. Lanfrāc in tit.de arbit.q.4. ſi veró addatur aliquid noui, compromiſſum alterū di cetur,Doct. Com.l.ius ciuile. ff.de iuſt.& iure.c. de cauſis. de offic. deleg. l. Labeo. ff. de arbitr. Blāch. in tract. de compr.q.2.nu.40. & in tit.de annull.compr.verſ.morte.

## CONCLVSIO XXIIII.

Conditio ſoluitur morte, | inde conditio po 67
teſtatiua,quæ adiicitur in cōtractu, & quæ adim pleri debet in perſona diuerſorū,vt puta tertii,ſi is moriatur,nó poterit adimpleri in perſona hæ redis.l.fideiuſſor §.fin. ff.de fideiuſſor. Item à có ditione incipit conuētio,facultas implendi con ditionem poteſtatiuam non tranſit ad hæredē, l.ſi decem.ff.de verb.oblig.videlicet, ſi voluero, dabis mihi decem. Si verò cōtractus incipit à diſ poſitione, vt promitto ſtare ſententiæ arbitri, ſi non ſtetero, promitto pœnam, tunc facultas im plendi conditionem poteſtatiuā tranſit ad hære dem,l.diē.§.1. ff.de arb.ratio primi dicti eſt,quia conditio in forma ſpecifica debet adimpleri, nó autē p fictionē, Doct. Com.l.Mæuius ff.de cōd.
& dem. hæres n.† dicitur eadē pſona cū defūcto 68
p fictionē,nó verè.not. l.poſtulāte.ff. ad ſen.cóſ. Trebell.l.hęredē,ff. de reg.iur.§.1.auth.de iure-

iur.

iur.Paul.conſ.197.nu.2.vol.2.Gem.c.2.num.10. de iur.cal.6.Bellam.c.cum ceſſante.nu.27.de appell. Philippus tract. de teſtam. nu.7.Soci.conſ. 60.num.18. vol.1. Ratio autem ſecundi dicti eſt, quia cum principalis diſpoſitio, quæ pura eſt, ſit tranſitoria ad hæredes conditionalis, quæ ſubijcitur,& accedit, etiam eſt tranſitoria,c.acceſſori
69 um.de reg.iur.6.l.cum principalis. ff. eo. l.ſi eũ. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.ita diſtinguit Iaſ. l.ſi decem.ff.de verb.oblig.& eſt Com. vt atteſtatur Petrus Stella l.qui Romæ.§. Augerius.nu.32. ff.de verb.obliga. Bart. l.cui fundus. ff.de cond. & demonſtr.

## CONCLVSIO XXV.

70 Confeſsio ſoluitur morte, † Bart. l. eius. ff.de iure fiſci.Lanfrancus c.quoniam contra.de probat. Docto. Com.l. 1. C.ne ex delicto defuncti. Ale. l.1.ff.de priu.del. Bart.l.1.§.ſed hæc.ff.de calumn.Procēdit hoc dictum in confeſsione ficta, ſecus autem in confeſsione vera, Ioan. Andr. in add.ad Specul.§.1. titu.de accuſat.Bart.l.1.nu.7. de priu.del.Specul.tit.de accuſat.§.1.ver.quid ſi, not.l. eius. ff.de iure fiſci. Curt. tract.de iureiur. §.fin.num. 11.l. 2.C.de bon.eorum,qui mort.ſibi conſc. Baldus l.2.C. qui accuſ. non poſſ.l. ſi apud C.de edendo.Decius c.cum ſpeciali.§.Porrò.nume.6.de appell. Secundò fallit, quando iam bona fuerint confiſcata, Baldus l.1.C.ne ex del.def. vbi num.14.hoc idem dicit in confeſsione furti, Imol.l.defuncto. ff.de publ. iud. Ang.§. pen.nu. 11.Inſt.

11.Inſt.de perpet.& temp.act. Ioan. Ana.c.in lite
ris.de rapt.Ang.d.l.1. nu.5.† Quartò fallit in his, 71
in quibus hæres tenetur exonerare conſcienti-
am defuncti, Bald. l. generaliter. C. de non nu-
mer.pec. qu.20. Ioh.d.c.in literis.Doct.Com.c.
cum cauſam.§.porrò.vbi Dec. nu.6.de appellat.
Quintò fallit, quando ex morte confeſsio reſ-
tat,tunc enim ipſa tranſit ad hæredes, Bald. l.1.§.
2.C qui teſtam.fac.poſſ. Rom.conſ.305.l.2.ff.de
bon.eorum. Sextò & vlt.fallit, vbi pœna imponi
tur ipſo iure, quo caſu confeſſus pro conuicto 72
habetur,† Bar.l.ciuilis.nu.7.ff.de pri. deli.not.l.
1.& ſeq.ff.de confeſſ. Afflict.deciſ.233.tit.de con
feſſ.defuncti. vbi nu. 3. hæredem poſſe reuocare
confeſsionem defuncti, † contrarium poterit 73
probare, Bald.l.error. C. de iur. & facti ignor.l.
non idcirco. ff. eod. gl. l. creditor. §. iuſſus.ff.de
appell.Bart.l.1.C.ne ex delicto defuncti, Milæus
in pract.crim num.149.in formula inquiſ.Bald.
l. Titia.§. Gaius. ff. de legat.2. nam & defunctus
in vita hoc agere poſſet,l cum quidam.§.fiſcus.ff.
de vſur.Capic.deciſ.121.num. 17.not.l.generali-
ter. C.de non num.pec. Bald. & Doct. Com. l.1.
C.de falſa cauſa,Ber.conſ.60.nu. 36. vol. 2. Hæ-
res † igitur de ſentētia lata confeſsione defuncti 74
appellare poterit, Dec.c. cum ſpeciali. §. Porrò.
nu.6. de appell. Ant.de Butr.in tract. de notor.
artic.4.num.59.

## CONCLVSIO XXVI.

Contumacia ſoluitur morte.† Bellamera c.ex 75
parte.

parte num.16.de arbitr. Mortuus enim non potest contemnere.l. 1.ff. si quis ius dicenti non obtemper.l.contumaciā.§.1.de re iud. l.contra pupillum.§.is qui. ff.eod. & intellige si mors praeueniat, vt ex iuribus adductis colligitur.

## CONCLVSIO XXVII.

76 Crimina soluuntur morte, † gl.§.interdum.§. damnati.Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. gl. cap. à nobis il 2. de sent. exc.l. defuncto. ff. de public.iud.c.quorundam.23.distin.Doct.Com. l.2.C.qui test.fac. poss c. sine culpa. vbi Doct. de reg.iur.6. Aret. §. publica.nume.3. Instit.de public.iud. Ang[illegible]ct.malefic.vers.Dominus. num.41.Dec.l.pupillum.§.in hæredes.num.3.ff. de reg.iur. Bellamera c.ex parte. num. 17.de arbitr. Curt.l.imperiū.num. 4. ff. de iurisd. omn. iudc. dixi superius, concl. 2. dicam infer. versic. delictum.

## CONCLVSIO XXVIII.

Cura soluitur morte, † Azo in Summa C.quā
77 do tutor.vel cur. nu. 4. Ampl. primò procedere etiam per mortem ciuilem, vt puta per ingressū religionis, Spec.in tit.de regular.vers.35.† Secū
78 dò finitur negotio soluto, glo. l.solet ff.de tutel. Angel.l.1. C.qui pet.tutor. poss Tertiò cura furiosi finitur per superuenientiam sanæ mentis, Bart.l. si is qui.q.1.ff.de verb.oblig. Quartò finitur adultis maiorib.factis 25.annis.l.1. C.quādo tutor.

tutor.vel cur. esse desin. Quintò finitur per capitis diminutionem,§.finitur. Init. quib.mod.tutela finiatur,l.tutorem.ff.de tutor.& cur.dat.ab his,l.tutelas.ff.de cap. dimin. Itẽ finitur sublata causa,cuius gratia data fuit,l. potuit. C. in quib. cas.tutor. habeantur.

## CONCLVSIO XXIX.

Debitum soluitur morte, † mortuus enim nõ 79
debet,sed debuisse dicitur,Imola l.qui Romæ.§. Augerius.nu.3.ff.de verb.oblig.vnde hæres non potest carcerari pro debito defuncti,Bart.l.si decesserit.ff.qui sat.cog.Abb.c.compromissorum. num.3.de arbitr. Bald.l.pe[...]s. num.14.C. mand. & hoc, nisi per pactum aliter sit expressũ, seu statutum aliter disponat,Socin.cons.120 nume.18.vol.1.cons.24.num.7. vol.3.Doct.Com.l. postulante.ff.ad Trebell. Alex.cons.18.num.16. volu.5. Alc.l.2.§.ex his. num.9. ff.de verb. oblig. Bertrand.cons.21.num.3.volu. 1.dixi super.conclus.20.dicã infer.concl. executio. & hoc intelli 80
ge de personali,vt super.concl.3.† Secundò soluitur debitũ solutione eius, quod debetur. Inst. quibus modis toll. oblig.in princ. † Tertiò,per 81
compensationem. dixi ego in meo tractat. de Compensat.in procem.num.2.

## CONCLVSIO XXX.

Decretum soluitur morte, † & inane est illud 82
quod

quod in mortuum defertur, l. ſi deceſſerit. ff. qui ſat. cog. l. 1. §. cum triplici. C. de cad. toll. l. quo loco. §. ſi iam mortuo. ff. de hæred. inſt. Vnde mortuos ante executionẽ mandati ad excommunicandum non eſt excommunicatus, Marſ. l. fina. num. 40. ff. de quæſt. conc. Cum. l. qui à latronib. §. ſi quis. num. 5. de teſtam. Mileus in pract. crim. nu. 10. Salic. l. 2. ff. de pecul. leg. Angel. conſ. 68. Curt. conſ. 60. Vantius in tract. de nullit. tit. de nullit. ſent. ex defectu iuriſd. ordin. nume. 106. Doct. Com. l. in ſũma. §. fin. C. de cad. toll. Marſ. l. qui ſine. num. 17. ff. de quæſt. Dec. l. is. nume. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ang. l. imperium. nu. 16. ff. de iuriſd. omn. iudic. Rom. l. ſi verò. §. de viro. [illegible]. ff. ſol. [illegible] Pontan. l. 4. §. Cato. nu. 59. ff. de verb. oblig.

## CONCLVSIO XXXI.

Delegatio extinguitur morte delegati, † &
83 morte delegantis re integra. l. & quia. l. more. vbi Doct. Com. ff. de iuriſd. omn. iud. Maranta in tract. de ord. iudic. 4. p. q. 16. num. 38. Specul. in tit. de iud. deleg. §. reſtat. num. 5. Gozzadinus conſ. 22. c. relatum. de offic. deleg. Fulgoſ. l. diem functo. num. 1. ff. de offic. aſſeſſ. Curt. l. more. nu. 76. ff. de iuriſd. omn. iud. Bellam. c. ad noſtram. il 2. num. 2. de iureiur. Quia mandatum morte mandatarij ſoluitur, l. ſi vero. §. ſi mandauero. ff. mand. c. ſi gratiosè. de reſc. 6. Bart. l. actione. §. publicatione. ff pro ſocio. l. centeſimis. §. fi. ff. de verb. oblig. Reſoluto enim iure datoris, reſoluitur &

tur & ius acceptatoris, l. lex vectigali. ff. de pign. quod intellige quando ſui ipſius nomine proprio mandatur. l. ſi ſeruus. ff. de ſtipu. ſeru. Bald. conſ. 217. vol. 3. ſi verò mandetur nomine dignitatis, tunc hoc idem, ſi dignitas non eſt perpetua, ſeu ſi per ſe non ſubſiſtit, ſed pendet ab alio vt vicarius: & tunc morte vtriuſque ſoluitur, l. quod principi. l. ſi Auguſtæ. ff. de leg. 2. Si dignitas per ſe ſubſiſtit, non ſoluitur morte delegantis, Fulgoſ. l. more. nu. 25. ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. ff. de inſt. l. cum poſt. ff. de adm. tutor. l. qui habeant. ff. de reb. dub. Si verò nomine proprio, & dignitatis delegatio fiet, debet inſpici, quod principaliter fuerit prolatũ. l. ſi ſeruus. ff. de ſtipu. ſeru. Secũdo modo ſoluitur delegatio ſentẽtia lata, † & executioni mandata, c. in literis. de offic. 84
deleg. Tertiò, per legitimam appellationem, c. vt debitus. de appell. Quartò, ſi pronuncietur commiſsionis literas non valere, c. ſignificantibus. de offic. deleg. Quintò, per recuſationem cauſæ, c. licet. de foro comp. Sextò, reuocatione mandati. c. cæterum. de reſcr. c. licet. de offic. deleg. l. cum prætor. ff. de iudic. Septimò finitur, lapſo tempore commiſsionis. item ſi inſtantia iudicii per triennium durauerit, l. properandum. C. de iudic. Octauò, per litis conteſtationem, tacitè enim renunciaſſe videtur, cum res de facili reuertatur ad naturam ſuam, l. ſi vnus, §. quod ſi. ff. de pact. Nonò ſoluitur acceptilatione, pacto, tranſactione, & rei peremptione, Specu. titu. de leg. §. reſtat. nu. 13. Decimo ſoluitur, ſi res ad impoſsibilitatem iuris, vel facti peruenerit. c. ſciſci

tatis.de rescr. c. ad probandũ. de re iud. Host.in Summa, de offic. deleg.nu.11. Vndecimò soluitur etiam morte delegati, vt dictũ est, l.inter causas.ff.mand. Duodecimò, etiam si vnus ex pluribus tantũ moriatur, nec sit adiecta causa, quod si non omnes.c.vno.de offic.deleg. Decimotertiò soluitur etiam morte impetrãtis. l.pe. ff.de sent. quæ sine appell.resc.l.si decesserit.ff.qui sat.cog. Decimoquartò, mortuo eo, contra quem literæ fuerint impetratæ.c.significauit. de rescr. Quia rescripta personalia sunt, nec extendũtur ad alias personas, quã nominatas. c.cũ olim.de offic.
85 deleg. Fallit, si delegatus ante mortẽ egit, † nam successor eius litẽ finire poterit, si tale sit ius, vbi successio locũ habeat, l.si pater. C.de inoffic. testam. Secũdò fallit, si nomine dignitatis ꝑpetuæ, vel vniuersitatis fuerit delegatio facta, Spec. tit. de leg.§.restat.num.8.c.quoniam. Abb.de offic. deleg Host.in Summa, eod.tit.nu.11.ver.fallit.& not. quod legatio facta ob ægritudinẽ, vel absentiam alicuius, eo reuerso, vel sanato soluitur delegatio.DD. Com.l.1.ff.de offic. eius glo.c.plures. vers. nequibunt. de offic. deleg. 6. conc.c.si duo.de proc.6.Ratio huius 31.concl.est, quia delegati industria personæ est electa, DD. Com.l. more.vbi Bart. nu.7.Ias. nu. 65. Dec.num. 52.ff. de iurisd. omn. iud. conc.cũ hac concl. quæ dicã infer.ver. mandatũ. & in ver. rescriptum. Facit simil.l. non solum.§. morte. vbi DD. Com.ff. de oper.noui nunt. Mars.l.fin. num. 29.ff.de quæst. Fel.c.à nobis.nu.7.de sent.exc.Dec.l.pupillum. §.in hæredem.num.3.ff.de reg.iur.

CON-

## CONCLVSIO XXXII.

Delictum soluitur morte delinquentis,† DD. Com.l.1. C.ne ex delicto def. §. non autem. Inst. de perpet.& temp. act.§ nō autem. Inst.de publ. iud.l.defuncto. ff. eo.c. quorūdā. 29.distin. DD. Com.l.2.C.qui test. fac. poss. gl.l.2.§.pe.ff.de hæred.vel act.vend.l.crimē.ff.de pœn.gl.l.in hæreditariis. C.de hæred. act. Afflict. decis.145.nu.2. Rui.cos.37.nu.5.vol.1.cons.21.nu.7.vol.4. Alba. cons.90.nu.2. Abb.c. ecclesia. nu.2. de const.c. parochiano.nu.4.de vsur.c.nobis.nu.13.de sent. exc. Alex.l.2. nu.3.C.qui test. fac.poss. Dec.l.imperiū. nu.16.ff.de iurisd. omn.iud.vbi Curt.nu. 34.Bologn.nu.37. Bald.l.sorore. C.de his quib. vt indign. Fallit in atrocioribus, quibus casibus suspenditur cadauer arbitrio iudicis, Dec. l. 2. num.8. C.qui test. fac.poss.d.l.imperium.num. 16.Mars.l.quæstionis. nu.31. ff.de quæst.Boer.q. 316.num 9. Clar.lib. 5.senten. §.fin. q.51.Iacob. Menoch.tractat.de arb.iud.lib.2.cent.3.cas.285. nu.7.dixi super.concl.2.& concl.27.l.1.C.si reus vel accus. mort. fuer. l.3. ff.de public. iud. Corn. cons.195. num. 8. volum. 2. Decius l.pupillum. §.in hæredes.num.3. ff.de reg.iur. Ignæ.in tract. Regis.num.108.Ampl.etiam quo ad publicationem bonorum, Salic. l. fin. num. 3. C.si reus, vel accus mort.fuer. Bar.l.defuncto.ff.de publ.iud. Bart.l.ex iudiciorum.ff.de accusat Bald.l.vnica. num. 3. C. ne ex delicto defuncti. Ignæus l. 1. §. si sibi. num 67. ff.ad Syllan. Cum. l. qui à latronibus.§.si quis.num.5.de testam.Bellamera c.ex 86

G 2 parte.

parte.nu.17.de arbit.Bald.conſ.162.nu.5.vol.2. Mileus in pract.crim. num. 10. Anton. conſ. 63. nu.1. Paris conſ.155.vol.4.Curt.l.imperium.nu. 4.ff.de iuriſd. omn. iud. Fallit niſi ſit lis conteſtata, atque ſecuta ſententia, Bart.l.ex iudiciorum, ff.de accuſat.ante enim ſententiã fiſcus nullũ ius habet, Doct.l.poſt contractũ. ff.de don. Cin. l.ſi quis poſt. C.de bon.dam.l.ſi pœna. ff.de pœn.l.ſi qua pœna. C.de his, qui ſunt ſui. Mortuus enim à ſolo Deo cœleſti cõdẽnari põt. Ang. l. de qua re. §.cũ abſent. ff. de iud. l. pen.ff. quæ ſent. ſine appell.reſc. Angel.conſ.68.Curt.conſ.60.l.libellorum.ff.de accuſat. Gand.in tract.malef.l.fin.nu. 16.ff.de quæſt. Mileus in pract. crimin.num.152.
87 Fallit ſecundo, pendente appellatione, † quam hæredes proſequi tenẽtur, l.1. C.ſi pend. appell. mors interu. Quod intellige de herede accuſatoris. dixi ſuper.concl.10. Tertiò fallit, ſi ex delicto hæres factus eſt locupletior, not. l. Caius. ff. ad Syllan. vbi Ignæus nu. 15. l.ſi pro fure.§. fin.ff.de cond.furt.not.l.ſicut.ff.de reg.iur.l.toties.ff.eo. l.in hæredem. ff.de dolo. l.quod diximus. §. fin. ff.quod met.cauſa.l.quod autem.ff.eod.l.1.§.fin. ff.de vi, & vi armata. l. vi pulſus. C. vnde vi.l. 3.§. ex furtiua.ff.de pecul.l.ſi cũ ex actione.§.Pedius. ff.de eo ꝙ met. cauſa.l. fi.ff.de eo per quem factũ erit, Brix.q.81. Ang.tract.de teſtam.gl. fin. q.113. nu.6.Corn.conſ.37.nu.24.vol.3.quo caſu cõtra heredem dabitur actio. Ex quorũ doctorũ opinionibus infertur primò, quod circa perſonam
88 † nullus ex delicto alterius tenetur. Ampl.procedere, vt hoc fieri non poſsit, nec per l. neque per pactũ

pactum. Secūdò infertur, quod circa rem, si pœna ipso iure defuncto irrogatur à lege, tunc eo casu in hæredem transfertur, Bart. l. 1. num. 2. ff. de priuat. del. l. Caius. ff. ad Syllan. l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. l. commissa. ff. de public. & vectig. Ang. l. 1. C. ne ex del. def. Decius l. pupillum. §. 1. nu. 3. ff. de reg. iuris. vt in crimi hæres. & læsæ maiest. Abb. c. fin. nu. 5. de sepultur. Bar. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. Ias. l. 3. §. quod autem. nu. 2. ff. quod. quisque iuris. hoc idem in fraude gabellæ, † Bertach. tract. de Gabell. p. 9. 89
vers. 5. Bart. l. 2. ff. de vectigal. quod aufertur etiā à singulari successore, l. commissa. ff. de publ. & vectig. Quia dominium transit ipso iure in fiscum, & pœna in hæredem, dummodo sententia detur, Bald. l. si quis in tantum. C. vnde vi. colu. 13. quia licet ipso iure detur, requiritur tamen factum hominis: dixi ego in tract. de Compensat. p. 2. q. 21. num. 6. † Tertiò, si sumus in pœna, quæ
à iudice imponitur; si defunctus deliquerit in 90
his, quæ pendent à contractu, tenebitur hæres ad pœnam pecuniariam, Paul. cons. 63. num. 3. volu. 2. dummodo vltra vires hæreditarias non grauetur, l. si hominem. §. datur. ff. depositi. l. 1. & fin. C. de hæred. tutor. l. ex depositi. l. ex contractibus. ff. de act. & oblig. l. si hæres. ff. depositi. Imola l. ex parte. §. ex facto. ff. de verbo. obligat. Abb. c. fin. de sepulturis. Quartò si sumus in aliis
tunc si lis iam erat contestata † ante mortem, ad 91
hæredem pœna transfertur, & ad damnum datum, dummodo isto etiam casu non excedat vires hæreditarias, Bart. l. 1. ff. de priu. del. Ias. l. si

eum.§.qui iniuriarũ.nu.5.ff. si quis caut. quia lite contestata instantia, quæ in hæredem transire solet, inita, atque incepta intelligitur.l. si cum hominem.ff. de fideiussor. Dec.l. pupillum. §.1.nu. 5.ff. de reg.iur. Ang. in tractat. de testam. glo.113. Abb.c.2.nu.57. de ord.cogn. Ias.l. hæc actio.ff. de [illegible] Quod procedit in actionibus ciuilibus, quæ ex delicto nascuntur, non autem in criminalib. & publicis iudicijs, quibus hæres non tenetur, nisi lata sententia.l. iudiciorum.ff. de accus. Bart. l. 1. C. ne ex delicto def. si verò lis contestata non sit, hæres non tenetur, nisi ad ea, quæ ob tale delictum fuerit consequutus, præterquam in actione furtiua, in qua vltra id etiam, quod ex furto percepit, damnum resarcire aduersario placuit. §.fin. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. Angel.l. contra.§. si post.nu.2.ff. de act. rerum amot. Dec.l. toties.ff. de reg. iuris. l. si pro fure. §.fin.ff. de cond. furt. Bart.l.1. num.2.ff. de priu. delictis, & hoc fit ad tollendam furtorũ frequentiam, l. aut facta. §.fin.ff. de pœn. Corn. cons. 414.nu.6.vol.1. Bald. l. vnica. C. ne ex del. def. & datur contra hæredẽ lite adhuc non contestata, gl. & Ang. l.1.§.fi.ff. de eo per quem factum erit, Bologn. cons. 8. Mars.l. si is qui. nu.75. C. ad l. Iul. de sicar. in actione tamen amotarum hæres tenetur tantũ, quatenus ad eum peruenit, Agel. l. contra. §. si pot. ff. de act. rerum amota. nume. 2. l. & ideo. §. fina. eod. titul. l. fin. C. eod. Sed vtrùm sola citatio pro litis contestatione habeatur? not. isto in casu, Ias. l. si eum.§. qui iniuriarũ.nu.6.ff. si quis caut. l. ex hoc edicto.nu.13.ff. de eo quod met. caus. l.3.§. quod autem.

autem.ff.quod quisque iur. Bald.l.vnica.num.1. C.ne ex delicto def. Dec.l. pupillum.§.1. nu.7.ff. de reg.iur. Bart.l.1.num. 7.ff.de priu. del.l.eius. ff. de iureiur. Curt. tract. de iureiur. §. fin.nu.11. Bald.l.2.C.qui accus.non poss.l.si apud.C.de ed. Dec.c. cum speciali.§. porrò.nu.6. de appell.Itē not. quod si fur fuerit confessus de furto,& mortuus ante condemnationem, agetur contra hæredes,licet ad eos nihil de furto peruenerit, Baldus l.1.nu.14.C.ne ex delicto def. Imol.l.defuncto.ff.de public. iud. Ang.§.pen.num.11.Inst.de perpet.& tēpor.act.Anan.c.in literis de raptor. Ang.d.l.1.num.5.gl.l.creditor.§.iussus. ff.de appell. Mil.in pract. crimin. nu. 149. Afflict. decis. 233.Bald.l.error.C.de iur.& fact. ignor.l.Titius. §.Gaius.ff.de leg.2. Potest tamen hæres contrarium probare, Afflict. d. decis.233. & appellare possunt à sententia contra defunctum lata, Ant. tract. de notorio. artic. 4. nu. 59. Decius c. cum speciali.§.porro. nu. 6. de appell. † Quintò not. 92
quod si quis alicui succedit nomine dignitatis, semper quatenus vires hæreditatis patiuntur, damnum resarcire debet præstitum à defuncto, Abb. c. 2. num. 57. de ord. cogn. quia dignitas nūquam desinit, c.liberti.11. q.2.c.si gratiosè. de rescr. 6. Quod est intelligēdum,quādo nomine dignitatis delictum contractum fuit, Bart.l.1.ff. de priu. del. † Sextò in foro ecclesiastico siue lis 93
fuerit contestata,siue non,semper hæres tenetur iuxta vires hæreditarias de delicto à defuncto commisso,vt defuncti anima liberetur, Ambros. in tractat. de vsuris. versic. sed quid. nume. 234.

c.in literis.de raptor.c.sanè.24.q.2.c.episcopus. 12.q.2.c.quanquam.de vsur.6.c.episcopus.16.q.6.c.benè.96.distinct.c.tua.de vsuris.c.3.de pignor.Bertach.tract. de Gabell. 4.p.q.20.nu.31. Flor.l.inde.§.hac actione.ff.ad l. Aquil.Bar.l.furti.C.de furt.sunt enim bona defuncti pro restitutione obligata,c.Parochiano.de sepultur.c. Archiepiscopatu.il 1.de raptor. Bald.l.filium. C.famil.hercisc.gl.c.tua.de decimis. Brix.q.81. Ang.l.contra.§.si post.ff. rerum amotarum. Decius l.pupillum.§1.nu.8.ff.de reg.iur.Et procedit hoc vlt. dictum siue hæres confecerit inuentarium, siue non, Baldus l.furti. C.de furtis.de iure autẽ ciuili, nisi confecerit inuentarium hæres,tenetur etiam vltra vires hæreditatis in casu litis contestatæ, sententiæ latæ, & executionis faciendæ, iuribus supradictis.

## CONCLVSIO XXXIII.

94 Depositum soluitur morte, † vnde successor depositarii non est successor earum rerum,quas defunctus habuit nomine depositi, nec petere potest mitti in possesionem earum rerum,l.fin. C.de ed.diu.Adr.toll. Baldus l.1.C.si de momentanea possess.DD.Com.l.bona fides.ff.depositi. Tiraq.tract.*le mors saisit le vif.* in 4.declarat. nu.1. & seq .dixi superiùs concl.22. Si tamen fuerit res
95 vendita, † tenetur hæres ad precium, & liberatur,Paulus l.1.§.fin.ff. depos.DD.l.mater.C.de rei vend.l. si cum seruum.ff.si cert.pet.

CON-

## CONCLVSIO XXXIIII.

Detentio ſoluitur morte, † Curt. Iun. conſil. 96
110.colu.8.DD.Com.l.qui iure.ff.de acq.poſſ.l.
& habet.§.&hoſpes.ff.de præc.l. mulieri.ff.quē-
adm.vſufruct.amitt. Bart.conſ.121. Ang.l.aſsidu
is.col. 8. C. qui pot. in pign.hab. Alex.conſ.88.
vol.2. Corn. conſ.91.nu.5. volu.4.Soci. conſ.31.
vol.1.Rui.conſ.51.vol.4.Gozzad.conſ.99. Crau.
conſ.61.

## CONCLVSIO XXXV.

Dignitas ſoluitur morte,† l.cum patronus.ff. 97
de leg.2.l.licitatio.ff.de public.c.miramur.61.di
ſtinct. c. dona. 1. qu. 7. Din.c. ... de reg.
iur.6.Iaſ.l.1.num.11.ff.de conſt.princ.quod intel
lige de dignitate,quæ perſonæ cohæret,ſecus eſt
de ea,quæ rei adhæret,vt eſt Epiſcopalis,& ſimi-
lium, quæ continuantur in ſucceſſorem, Innoc.
c.cum ſuper.de cauſa poſſ.& propr.c.cum inoffi
cijs.de teſtā. DD.l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ.
Paulus l.ſi ſororis. C.de iure deliber. Bertach.in
tract.de Epiſc.lib.3.p.1.q.56.Guid.deciſ.365.

## CONCLVSIO XXXVI.

Donationis reuocatio ſoluitur morte, †non 98
enim hæres donantis poteſt agere de ingratitu-
dine contra donatarium,qua ipſe commiſit ad-
uerſus donantem.Fulgoſ.conſ.213.DD.Com.c.
fin.de don.Bero.conſ.49.num.16.vol.3.l.his ſo-
ris.C.de reuoc.don.l.fi. C.eod. tit.Ber. conſ.98.

num.4.vol.1. Facit quando constat de voluntate defuncti, qui voluerit reuocare, Guid. decisi. 214.num.2.Ripa l.fin.q.63.nu.209.C.de reuoc. don.§.non autem.Inst.de perpet.& tempor.act. Dixi ego in tract. de reg. iur.reg.8.ampl.75.in fine,& super.concl.5.Itē † hæres reuocare non potest donationem ex beneficio,l.si vnquam.C.de reuoc.don. vt ibi Tiraq.in versic. susceperit.nu. 202. tunc enim præsumitur donationem tacitè voluisse ratam manere,Host.in Summa,de don. §. qualiter. sunt enim huiusmodi reuocationes personales, nec ad hæredes quidem extendi possunt,l.si pater.C.de inoffic.test.c.fin.de don. Baldus l.1.C.de inoffic.test.Salic.l.si totas. C.de inoffic. testam. Corn.cons.234.volu.2.Item nota quod ingratitudo prælati non nocet successori in rebus sibi donatis intuitu ecclesiæ, sed sibi ipsi tantum, Quint. Mand. in tractat. de ingratitudine.cap.117.Iacobus Menoch.in 9.rem.recuper.poss.num.121. Ripa l.fina. num.175. C.de reuocand.donat. Et de conclus.prædicta intellige, si donans potuerit reuocare, & non fecit.c.1. §.item.vbi Baldus titul.quibus mod. feud.amit. Ioann.cap.fina.de donat. cum glo.vers.placuit. & in addit.ad Specul.titul.de feudo.§.fina.Idem est de ingratitudine vasalli erga dominum, DD. Com.dicta l.fina. C.de reuoc.donat. Aluar.cap. 1.§.porrò.titul. quæ fuerit prima causa beneficii amitt. Salic.l. omnimodo. C. de aulterijs. DD. Com.l.rei iudicatæ.ff.solu.matr.Alex.cons.189. volum.6. Aret.cons.14. Ruin cons.159.volum.1. Curt.in tractat. feud. qu.penult.4. p.Comensis consil.

consil.164.col.3. Ruin.d.cons. 179.cons. 155.nu. 20.volum.1.Baldus l. imperialem.§.insuper.col. fina. titul. de prohib. feud. alien. Paul. cons.46. colum.2.volum.2. Idem est in causa adulterii dissimulati, de quo hæredes mariti conqueri non possunt aduersus vxorem ad lucrandam dotem, vt dixi super.concl.5.conc.Baldus cons.303.volum.3.Signorol.cons.50. Cardin. c.plærumque. q.2.de don.inter vir.& vxor. Salic.l.fi. C.de adulter.Baldus l.libertatem.C.de adulter. Idem not. quod si quis suo testamento legauerit quicquã pro maritanda puella, si ea viuẽte testatore maritetur extinguitur legatum, Paul.cons.214.vol.1. Doct.l. Lucius. la 1. ff. de leg. 2. si tamen postea testator non mutauerit testamentũ, † debebitur 100 ei legatum ab hæredib. not.l.si mater.C.de inoffic.testam. Tiraq.d.l. si vnquam.vers. susceperit. num.219. C.de reuoc.don. & vide quæ dicam infer.vers.feudum. & in vers.ingratitudo.

## CONCLVSIO XXXVII.

Eligendi facultas soluitur morte, † Bart. l.si 101 seruus. nume.1.ff.de verbor. obligat.l. si quis arbitratu. eod. titul. l. fina. C. de contrah. empt. quod dictum intelligitur, quando talis facultas competit iure alterius, secus quando iure proprio habetur, tunc enim ad successores & ad hæredes extenditur, l. illud. ff. de opt. leg. l.fin. C. com. de leg. §.optionis. Institut.de leg. Bartol.l. si stipulatus fuerim. numero 5. ff. de verborum obligationibus.

CON-

## CONCLVSIO XXXVIII.

Emphyteusis caducitas soluitur morte † non
102 soluentis, & morte domini scientis, & non contradicentis, nec per hæredes domini: talis declaratio fieri potest, nec contra hæredes emphyteu[ta] agi potest; si tamen conueniantur, ob non solutionem ab ipsis factam, succurritur eis per restitutionē in integrum, ex clausula, Si qua mihi iusta causa, &c. decisio. Can. 3. tit. de loc. & cond. nu. 2. Petrus de Benint. decis. 37. nu. 17. Alexan. l. cum filius. §. in hac. nu. 4. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 71. nu. 4. vol. 1. Specul. tit. de loc. §. nunc aliqua. Din. c. cum quis. de reg. iur. 6. Bald. l. ad diē. ff. de verb. oblig. Ignorantia fortissima causa est
103 † restitutionis in integrum, gl. l. Aemilius. ff. de minor. gl. l. si partem. §. 1. ff. quemad. seru. amit. gl. l. 1. C. de patr. pot. Spec. tit. de præscr. §. 1. Ang. l. fin. C. de præscr. Imol. c. fin. eod. tit. Alex. cons. 84. num. 4. vol. 2. Fulgos. cons. 214. Fel. c. vigilanti. de præscr. Gozzad. cons. 56. nu. 11. Corn. 113. vol. 1. Alex. cons. 169. nu. 10. vol. 2. Bart. l. 1. §. si aduersus. nu. 1. ff. quando appell. sit, l. 2. nu. 17. C. de iure emphyt. Ruin. cons. 150. nu. 13. vol. 2. Cæphalus cons. 24. nu. 18. vol. 1. Dec. cons. 58. cons. 164. idem Cæphalus cons. 66. nu. 19. Ratio altera est, quia pœna legalis re integra contra hæredes nō transit, Bar. l. licet. §. quod autem. ff. quod quisque iuris, Alex. l. eius. ff. si cert. pet. Doct. Com. l. fin. C. de reuoc. don. dixi super. concl. 36. & dicā concl. seq. & not. quod emphyteusis finitur tri-
104 bus modis, † primo propter culpam. Secundò finito

nito tempore, ad quod concessa fuit. Tertiò extincta ratione, cuius causa concessa fuit, Rursus propter culpam finitur, deteriorando, alienando irrequisito domino, & non soluendo canones debitos, ita Clarus in lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 42. & q. 28. Corn. cons. 76. vol. 2.

## CONCLVSIO XXXIX.

Emptionis contractus rescisio sequitur † morte emptoris vel venditoris, non hæredes vti possunt remedio. l. 2. C. de resc. vend. & hoc quã do à principio sciebant rem esse illius valoris; itẽ si testator apposuerit precium, illudque taxauerit, tunc hæres non potest agere remedio, d. l. 2. secus si testator simpliciter rẽ vendi iubeat. not. l. Imperator. §. si centũ. ff. de leg. 2. l. si fideiussor. §. meminisse. l. si cui. §. fin. ff. de leg. 1. Cremen. Rubric. C. de resc. vend. nu. 28. vbi Pinellus p. 2. nu. 19. Tiraq. in tract de vtroque retractu in titu. de retr. *Lignagier.* in fine, nu. 19. Ratio primi dicti est, quia ex quo venditor, vel emptor sciuerunt verum valorem rei, decepti dici non possunt. Scienti enim & consentienti † non fit fraus, neque iniuria. c. scienti. de reg. iur. 6. l. 2. §. vsque. ff. de iniuriis. huius autem opinionis sunt DD. omnes, d. l. 2. in princ. C. de resc. vend. Bart. nu. 14. Bald. q. 4. nu. 7. Salic. q. 7. nu. 11. Paul. nu. 7. Fulgos. num. 11. Paul. l. maioribus. C. com. vtr. iud. Crem. d. l. 2. nu. 86. Cagnol. nu. 124. Pinellus p. 1. nu. 10. Azo in Summa, C. de resc. vend. nu. 1. Didac. lib. 2. resol. c. 4. nu. 2. Afflict. tract. feud. lib. 3.

105 106

nu. 37.

nu.37.Boer. decis.142.nu.3. Rom.cons.475.nu. 4.Alex.cons.42.nu.5.vol.1. cons.127.vol.2.cons. 48.num.4.vol.4.Dec.cons.583.col.1.Socin.iun. cõs.73.vol.2.Paris cons.128.nu.36. vol.1.Lãfred. cons.feud. 23. Hiero. cons. 127. Barbat. cons.21. col.3.vol.4.Aug.Ber.c. cum dilecti. num. 23. de empt.& vend. Tiraq.tract.de vtraque retr.tit.de retr. *Lignagier*.§.1.gl.18.num.14.

## CONCLVSIO XL.

107 Excommunicandi decretum † soluitur morte, dixi super. concl. 30. Item excommunicatio soluitur morte, vnde excommunicatis multis ciuibus, mortuis illis, filij eorũ non sunt excommunicati secundum Com. opin. Bald.l.si grege §.fin.ff.de leg.1. Bart.l.inter stipulantem.§.sacrã ff. de verbo. oblig. Innoc.c.grauem.de sent.exc. Abb.c.aduersus.eod.tit.Fel.c.responso.num.4 eod. tit. Quia excommunicatio fertur in animã delinquentis, decis. 1.in Antiq.de sent. exc.& decis.15. eod.tit.Didac.lib.2.var.resol.c.8.num.9. Ampl. etiã si sit hæres, Rota decis. 338. in Antiq. Vnde ante executionem mandati ad excommunicandum, mortuus non est excommunicatus, Mars. l.fina. nu.40.ff.de quæst.gl.c.mulieres.de sent.exc.Inane enim est decretum, quod in mortuum profertur. l.si decesserit.ff. qui satisd.cog. l.1.§.cũ triplici.C.de cad.toll.l.quo loco.§.si iam
108 mortuo. ff.de hæred. inst. dixi super. concl.30.† Item not. quod excommunicatus dicitur mortuus ciuiliter, Rayn. l.omnes populi. num. 4.ff. de iust.

de iust. & iure. dixi superiùs in 1.p.num.98.

## CONCLVSIO XLI.

Executoris testamenti † officiũ soluitur mor- 109
te, Din.l.alimenta.ff.de alim.& cibar.leg.nisi dictum esset quod ad hæredes transeat, Doct.l.à filio.ff.eod.glo.c.fin.de testam.6. Bart.l.tutela.ff. de tutelis. Baldus l. 2.§. sed & si. col.3. C.com.de leg.l.id quod.q.8.l.1. C.si quis ré minor.l.cuius. ff.de cur.fur. Ampl.vt executio commissa hæredi, non transeat ad hæredes hæredis. Fallit, nisi sit datus sub nomine dignitatis, nam tũc transit ad eius successoré, l. à filio. ff.de alim. & cib. leg.

## CONCLVSIO XLII.

Exhæredãdi causa soluitur morte, † l. Gallus. 110
§.in omnibus. ff.de liber.& posthum. Ias.l.filius. nu.19.ff.eod.Itẽ filius defuncti non potest exhæredari propter delictũ patris, l.si quis in suo.§.legis.C.de inoffic.test. conc.l.3.§.si emancipatus. ff.de bon.poss. contrtaab. DD. Com.c. non debet. nu.1.de reg. iur.6. Dixi ego in tract. de reg. iur. reg.8.nu.94.Itẽ not. quod si pater habuerit causam exhæredandi aliquem ex suis filiis, & nó fecit, mortuo ipso non potest agi per eius frãtres, nec etiam per quenquam contra delinquẽtem, quia per patrem intelligitur remissam esse iniuriam ex quo in vita eius non est conquestus, nec eum exhæredauit, vt dixi superiùs conclusione 36.

CON-

## CONCLVSIO XLIII.

Feudi caducitas ſoluitur morte † vaſalli, vel
111 domini, ſi in vita de ipſa nulla fuit facta querela,
Caſſad.deciſ.2.num.6.titul.de loc.& cond. DD.
Com.l.fin.C.de reuoc.don.poteſtas enim decla
randi non tranſit ad hæredes domini, nec datur
contra hæredes vaſalli, gl. l. idem. §. fin. ff.de rei
vend. l. inter. §.1.ff.de verb.oblig. Caſſad.deciſ.3.
nu.2.titul.de loc.& cond. Alex.conſ.189.nu.3.vol.
6.gl.l.omnimodo. C.de inoffic.teſta. & hoc quá
do dominus ſciuit delictum vaſalli,& tacuit, ſe-
cus ſi ignoraſſet, & veriſimiliter de eo conque-
ſtus eſſet, Cinus l.fin. C.de reuoc.don. Bald.c.1.
§.porrò.tit.quæ fuer. prima cauſa benefi. amitt.
Bald.l.1.q.39. ff. de rerum diuiſ. Salic.l.fi.C.de
adulter. Campeg.tract.de dote,3. p.q.226. nu.2.
c.1.§.1.verſ.concubuerit.quib.mod.feud.amitt.
Bald.c.1.§.domino.ſi de feud.contr.fuer. Aluar.
c.1.§.porrò.nu.3.tit. quæ fuer. prima cauſa ben.
amitt.Marſ.l. fin.num.21. ff.de quæſt.idem in ru
bric. ff. de fideiuſſ. nu.342. Grammat. conſi. 13.
nu.36.in crim.Tira.l. ſi vnquam. ver. ſuſceperit.
nu.215. C.de reuoc. don. & d.loco. ver.reuerta-
tur.num.300.conc. ſuperius concluſ. 30.& infe
riùs verſic. ingratitudo. Item nota quod in feu-
112 dalibus non habet locum † ſtatutum, *le mors ſai-
ſit le vif.* Comenſis conſ. 173.Iaſ.conſ.152.vol. 4.
Rub. conſil. 121. Tiraquell. in tractatu *le mors
ſaiſit*.3. parte. in 5. declaratione, numero 3. con-
cordant cum hac concluſione, quæ dixi ſuperi-
ùs in concluſ.22. & concluſ.33.in terminis.

CON-

## CONCLVSIO XLIIII.

Fideicõmissũ soluitur morte † nominati in eo viuo testatore, sciente, & non mutante testamen 113
tum l. tractabatur. ff. de milit. test. Bart. l. 1. q. 12. ff. de vulg. & pupil. l. si pater. in 3. oppos. ff. eod. quod procedit in pupillari substitutione. Fallit in fideicommisso ad pias causas, Bal. l. cam ... q. 7. C. de fideicom. Tiraq. tract. de priuileg. piæ causę. priuileg. 76. Bertach. ver. fideicommissum pium. ver. 2. & ver. fideicommissum ... rat. vers. 8. Nam fauore piæ causæ, licet non euenerit casus substitutionis, nihilominus legatum debetur, † idem Tiraq. d. loco, priuileg. 62. Dec. cons. 114
182. num. 7. cons. 273. not. ... ff. de ... cõs. 209. nu. 5. vol. 2. Rom. cons. 493. & auth. similiter. 30 speciali piæ causæ, C. ad l. Fal. Dec. cons. 723. nu. 1. Paris cõs. 74. nu. 22. vol. 3. & hoc habui in facto. Secũdo modo soluitur † fideicõmissũ, si hæres grauatus restituere hæreditatem, moria 115
tur ante aditam hæreditatem, l. ille à quo. § si de testamento, ff. ad Trebellia. hæreditas enim non adita non transmittitur, l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. toll. l. quoniam, C. de iure deliber. nisi essemus in casu, in quo hæreditas non adita transmittatur, Bart. l. ventre. ff. de acq. hæred. l. emancipata. C. qui admitti. Secundo fallit, si decesserit ante tempus datum ad deliberandum, intra quod transmittitur non adita ad quoscunque. gl. l. eam quam. C. de fideic. † Tertio fallit, quan- 116
do esset minor, quia transmittit restitutionem in integrũ ad quoscunque ex persona sua, l. Pan-

tonius.ff.de acq. hæred.l.si infanti. C.de iure de liber.tunc hæres cogi potest adire, & restituere, Bart.l.cum plures.§. mense. ff.loc.l.2.§.idem.ff. ne quid in loco publico.l. si minor. ff.de minor. l.si minoris.ff.de administr.tutor. Quartò fallit, quando decessit ante iussum sibi factum à iudice vt adiret, nam tunc habetur perinde acsi hæreditas fuisset adita, † & fideicommissum debe-
117 tur à quocunque successore.l. non iustam. C.ad Trebell. [illegible] in term.l. eam quam. nu.21.C.de fideic. Item soluitur fideicommissum per pactū,
118 si ex futuro euentu pendet,† DD. Com.l.1.C.de pact.gl.l.si ita.§. si sub conditione.ff.de leg.2.Gulielm.c.Raynutius.vers.si absque liberis.nu.105. de testam. Fallit hoc dictum quinque modis, de quibus vide Purpur.l.1.nu.9. C.de pact. Tertio modo soluitur per clausulam codicillarem non agnitum, Bar.l.1.ff. de iure codic. DD.l. fi.C.eo. Quartò, fideicōmissum soluitur morte ciuili, vt per ingressum monasterii, Auth. nisi rogati. C. ad Trebell. Bar.l. si ita.§.1. ff.de leg.2.Alex.cons. 12[illegible] vol.2.Fallit nisi testator dixerit, si decesserit sine liberis ex proprio corpore natis,† tūc enim
119 monasterium pro filio non habetur, nec facit deficere fideicommissum. gl. sing.c.Raynaldus.de testam.Baldus l.si quis posthumos. ff. de liber.& posthu. præsertim si dixerit, sine filiis veris, non putatiuis, DD.l. Deo nobis.C.de episc.& cleric. tunc enim expresse dicitur monasterium exclusum, Dec.c.in præsentia. nu. 25. de prob. consi. 259.col.2.Alcia.cons.502.num.4.Cum.l.si ita.§. is cuius.ff.de leg.2.Alex.in apostil.ad Bart. auth.

nisi.

nisi. C.ad Trebell. Durand.tract.de arte test.tit. 5.c.18. nu. 3.Didac.lib.1.var. resolut. cap.19.nu. 8.Lupus in Rubric.de don.§.47.nu.18. Cagnol. l.2 num.120.q.22.C.de pact.inter empto.& venditor. Ripa l. ex facto.§.si quis rogatus.num.9.ff. ad Trebell. decisio. Florent.lib.10. num.32.lib. 11.num. 256. Aemil.consil. 109.nu. 17.Boer. decis.354.nu.5. Franc. Marz. in tract. de fideicom. p. 2. q. 31. in term. Contrariũ tamen sentit Aret. dicto c.in præsentia. num.64. vbi etiam Ber.nu. 486.de prob.sed prima opinio verior est. Quinto modo fideicommissum soluitur factum contẽplatione alicuius infirmitatis, † quæ cessauit, 120
Bart.l. alumnæ.ff.de adim.leg. facit ratio c. cum cessante.de appell.l. adigere.§. quamuis.de iure patr. Sexto fideicommissum redditur caducum, † si fideicommissarius premoriatur hæredi. Ol- 121
dra.cons.131.Baldus l.iubemus.q.4.ff.ad Trebellian. Alex.cons.13. col.3.vol.4. Septimo fideicõmissum soluitur morte eius, qui est in duodecimo gradu, vltra quem regulariter fideicommissum non extenditur, Decius consil 321. nume. Tiraq.in tract.de vtroque retr.§.1.gl.9.num.2. Didacus var.resol.lib.3.c.5.vers.5. † Fallit quan- 122
do verba apponuntur vsque in infinitum, Ripa l. filiusfamilias.§. Diui.num.112.ff.de leg.1. Natt. consil. 437. Tiraq. dicto loco, nume. 95.Port. consil. 40. num. 6. Durandus tit.de arte test.tit. 8.c.2.num.2.Marzar.dicto loco,p.2.q.14. Declara principalem conclusionem procedere in fideicommisso vniuersali, secus autem in particulari l.ille à quo.§.si de testamẽto.ff.ad Trebel.

Angel.l.in ratione.§. Tametsi.ff.ad l.Falc. Octauò nota, quod fideicommissi reuocatio pro-
123 pter † ingratitudinem soluitur morte eius, qui poterat reuocare, Bar.l.ex parte. ff.de adim.leg. Paul.l. sancimus. C.de testa. l. fideicommissum. C.de fideic.l.inimicitiæ.vbi Bart.ff.de his. quib. vt indign.Bart.l.cum tabulis §.quoniam.ff.eod. tit. Si testator ignorasset ingratitudinem sibi factam à legatario, seu fideicommissario, vel testamentum voluerit mutare, & morte præuentus non potuerit, tunc eo in casu hæres poterit querelare de ipsa, ac fideicommissum reuocare, Bar l.1.col.12.ff de vulg.item l. si pater in 3.oppos.ff eod. dixi super. conclus. 30. & concl. 43. Conc DD.Com.l.fin.C.de reuoc. don.c.fin.eod.titul Campeg.in tract.de dote,3.p.q 226.nu.2.c.1.§.1 vers.concubuerit tit quib.mod.feud.amitt.Alexan.cons.189. num. 2. vol. 6. Cassiador. decis.3 num.2.titul.de loc.

## CONCLVSIO XLV.

Fideiussio soluitur morte, † vnde hæres fide-
124 iussoris de euictione non tenetur, quamuis fideiussor teneatur, August.Ber. c.si quis presbyter nu.46.de reb. eccl. non alien.Abb.cons.90.col. Item fideiussio soluitur morte eius, pro quo quis fideiussit, Mars.in tract. de fideiussor.q.20 num. 155. Item liberatur fideiussor mortuo reo Bart.l.si decesserit.l.si verò.ff.qui satisd.cog.Angel.l.sancimus. C.de fideiussor. Aret. in tract. malefic. vers.pro quibus. Quartò, fideiussio fa-

&a pro

cta pro maleficio soluitur morte fideiussoris, ita vt talis fideiusſio non transeat ad hæredes. † nam 125
quemadmodum morte soluitur crimen, ita & fideiusſio, DD. Com. l. 1. C. ne ex delicto def. l. iudiciorum. ff. de accusat. gl. & Doct. §. fideiussor. Inst. de fideiussor. Ang. in tract. malefic. verſ. pro quibus dixi super. concl. 27. Quod dictum verum est, quādo fideiusſio ſimpliciter facta eſt pro furto, vel alio delicto: ſecus ſi facta fuerit pro pœna, vt quia fideiuſſor promiſerit pœnam certum, licet dicat pro furto, vel alio delicto, tunc pœnalis ſtipulatio tranſit ad hæredes, vel contra hæreditatem iacentem, quando ſit pura obligatio, vel ad diem, l. ad diem. ff. de verb. oblig. ſecus ſi ſit ſub conditione, & nullam ſubſiſtentiam incipit habere contra defunctũ, quia ſtipulatio pœnalis non committitur contra hæreditatem iacentē, † præſertim cum tractatur de magno præ 126
iudicio, quod hæreditas habere non poteſt, l. ſi ſeruus. ff. de ſtipul ſeru. l. ſi ſeruus. ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. DD. Com. l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. l. minor. l. etiam. ff. de minor. Bald. c. 1. ſi vaſall. dom. ſeru. deb. DD. l. 2. C. ſi aduerſus vend. Ang. §. fideiuſſor. Inſt. de fideiuſſo. Marſil. d. tract. de fideiuſſor. q. 20. nu. 161. Quinto, ſi quis promiſerit pro aliquo, quicquid poſito calculo eum debere apparebit, ſi debitor nondum declarato debito moriatur, fideiuſſor liberatur. Paul. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. oblig. vbi etiam Alex. Iaſ. l. petens. C. de pact. col. 5. l. ſi cum filius. §. pen. ff. de don. Socin. conſ. 24. col. 3. col. 3. Sexto † modo ſoluitur fideiuſſio per 127

ſolutionem, per translationẽ inſtantiæ per cauſam nouam, Inſt.quib. mod.toll.oblig.in princ. dixi ego in tract. de compenſ. p.2.q.4. nu.1.& in tract.de reg.iuris.reg.4.nu.40. Bertran. conſil. 171.num. 5.vol.1. Fel. c. de cauſis. nu.3.de offic. deleg.

## CONCLVSIO XLVI.

128 Forum mortui hæres non † tenetur ſequi, niſi inſtantia incepta erat contra defunctũ, Fulgoſ. l. ſi is qui Romæ. nu.1. ff.de iud.not. DD.Com.l. hæres abſens. ff.eod. Rom. conſ.300.nume.20. Baldus l. ſeruus. nume. 2.ff. de his qui not.infamia. vel niſi citatus defunctus non fuerit, Curt. & Angel. dicta l.hæres. Nichon.c.quoniam contra.nu. 47. de probat. Innoc. & Anton. de Butr. c.quia.de iudic.not.l.ſi petitor. ff.de iudic.l.ſeruus.ff.de his,qui not.infam.l.1. C.ſi pend.appel. mors interuen. Angelus l. tam ex contractibus. ff. de iudic.c.clericum.11.q.1. conuenitur tamen hæres eo in loco, vbi maior eſt pars hæreditatis, Not. Horat.Mandoſ. in addit. ad conſ.300.Roman. nu.2. Galleſ.in tract.ad form.Cameræ oblig.p.2.q.2.dicam infer.ver.iudicium.

## CONCLVSIO XLVII.

129 Francandi pactũ ſoluitur morte, † vnde ſi dictum ſit, liceat Sempronio talia francare bona infra decem annos, & quandocũque eidem conductori placuerit, ſi mortuus fuerit Sempronius, ad

us,ad hæredes eius nõ transit talis facultas, not. cap. si gratiosè. de rescr. 6. quod patet ex illis verbis (eidem conductori placuerit) placitus enim morte soluitur, nec ad hæredes successoris trãsit, Bar. l. illic stipulatus. ff. de verb. oblig. Gozzad. cons. 22. nu. 7. not. l. 4. ff. loc. Bar. l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. Mars. l. fin. num. 41. ff. de quæst. Gem. cap. si delegatus.. de offic. deleg. 6. dixi super. concl. 16. Pactum enim personale † non trãs- 130
greditur personam. l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. August. Bertrand. cons. 125. nu. 1. volum. 1. in terminis.

## CONCLVSIO XLVIII.

Gabella solui non debet † pro mortuo anima- 131
li, Bart. l. cum de lanionis. in princ. ff. de fund. instru. vnde dici solet animal mortuũ, non esse animal. ex quo sequitur, quod ille, qui tenetur animal tradere, puta capones, non liberatur tradendo eos mortuos, DD. Com. l. quod te. ff. si cert. pet. Imol. l. qui decem. §. fin. ff. de sol. l. 1. §. vt cum etiam. ff. si quadr. pauper. fec. dicatur, & statutum loquens de contumace, & de bannito non ex- 132
tenditur ad mortuum, † DD. l. sororem. ff. de his quib. vt indign. Mars. l. fin. nu. 42. ff. de quæst. Bel lamera c. ex parte. num. 16. de arbitr. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper. l. contumaciam. §. 1. ff. de re iud. l. contra. §. is qui. ff. eod. tit. & habens represalias contra Perusinum non potest capere mortuum Perusinum, Bald. l cum. C. de sepulc. viol. & in tract. stat. vers pœnam. col. 9.

## CONCLVSIO XLIX.

Gratia ſoluitur morte,† c.ſi gratiosè.de reſcr.
133 6.Gozzad.conſ.22.num.8.procedit hoc re integra, etiam ante lité conteſtatam, l. ſi defunctus. ff.de procur. c. relatum. de offic. deleg.Cardin. quoniam Abb.q.6.eod.tit. Guid.deciſ.119.& q.1 Alex.conſ.128. vol.6.not. c. priuilegium. de reg.iur.6.Vnde priuilegium conceſſum filiis fauore parentum, † vel vxoribus fauore marito
134 rum ceſſat illis mortuis, Cin. & Bald. l.fin. C.de iniuriis, l.medicos. C.de profeſſ.& medic.lib. 10.l. archiatros. C. de metat. & epid. lib. 12. l.illud.C. de epiſc.& cler.l.ſi tibi.§. pactum.l.hæredi.ff.de pact.l.fin. ff.de iniuriis. Bald.l.prima.C. ſi rector prouinciæ. l.Senator. ff. de ritu nupt. l. Titia §. vſuras. ff. de legat. 2. Bald. l.ſecunda. C. qui ad libert.peruen. non poſſunt. Angel. conſ. 97. Dec. conſ. 456. num. 12. l. in omnibus. ff.de reg.iur. Abb.c. ſuper literis. col.6. vbi Aug.Ber. de reſcr.l.generaliter. C.de epiſc.& cleric.c.ſuggeſtum.de decim. Idé eſt de immunitate.† l.ſem
135 per.§.negotiatores.ff.de iure immunit.not.c.de c.t.de reg.iur. 6. Qua in re ita diſtingue, aut priuilegium parentum conceditur filiis ea ratione, ne dehoneſtetur dignitas ipſorum parentum,& tunc ceſſat mortuis parentibus, aut ea tantum ratione, quod ſunt filii, & tunc non ceſſat. Item aut priuilegium conceditur parētibus ratione dignitatis innatæ, & tunc extenditur etiam ad filios poſt mortem patris,l.fœminæ.ff.de ſenator. quo caſu vxores maritorum quādiu manent in

uidui-

viduitate, vtuntur priuilegiis † maritorum, l. filij. §. vidua. ff. ad municip. si verò datur priuilegium ratione officij publici, tunc non competi liberis post mortem parentum, not. Bald. l. cum te. C. de nup. c. is qui. §. mulier. de sepult. 6. Tira. in tractat. de nob. c. 17. numc. 5. not. l. in filiis. C. de decur. lib. 10. 136

## CONCLVSIO L.

Habitatio soluitur morte, † nec proprietatē 137
habet, qui habitationem habuit legato, dominij vendicationem excludit, l. habitatio. C. de vsufruct. & vsu, & hab. conc. l. si habitatio. ff. de vsu, & hab. l. pen. ff. de cap. dimin. Sed contra facit §. sed si cui. Inst. de vsu, & hab. vbi, qui habitationem habet, quasi ius proprium quoddam habere dicitur, vnde conductor domus non solum in ea degere, verum etiam aliis locare potest. Respond. quod si ius quasi proprium habet, atque
dominium propriè non habet, quia dictio qua 138
si, improprietatem significat, l. si quis dolo. i. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 2. ff. de vsu, & earum rerum, quæ consum. l. si quis nō. ff. de acq. hæred. Declaratur hæc concl. in morte naturali, secus in ciuili, & in hoc differt ab vsufructu, qui soluitur etiā morte ciuili, §. finitur. Inst. de vsufruct. vt dicam infer. vers. vsufru.

## CONCLVSIO LI.

Hæres hæredis non dicitur hæres † defuncti, 139

vnde nomen hæredis soluitur morte. Quod dictum procedit quando causa immediata sequi debet, nam hæredis nomen regulariter vsque in infinitum extenditur, & censetur semper eadem persona cum defuncto, §. 1. auth. de iureiur. l. postulante. ff. ad Senat. consf. Trebell. l. hæredem. ff. de reg. iur. Paulus consf. 197. nu. 2. vol. 2. Sed quia per fictionē dicitur non verè, & propriè, Gemi. c. 2. nu. [illegible]. de iur. cal. 6. Socin. consf. 60. num. 18. volu. 1. in his, quæ strictim interpretantur, non ita dicendum est, Socin. consf. 24. nu. 12. vol. 3. ex quo sequitur vera dicta concl. propter mediam personam, quæ tollit habilitaté extremorum, aliàs esset copulare, & coniungere plures fictio-
140 nes, † quod fieri non potest, l. 1. C. de dot. prom. Decius l. hæredem. ff. de reg. iuris. vnde priuile-
141 giū concessum hæredi, † de primo intelligitur, Bart. l. 1. col. 2. ff. de const. princ. l. antiquitas. C. de vsufr. Fel. c. 2. col. 2. de treuga, & pace. † Secun
142 dò pœna adiecta hæredi per testatoré, vt aliquid agat, debet de primo hærede intelligi, Bar. l. multa, ff. de cond. & dem. l. fin. q. 22. C. de hæred. inst. Dec. l. qui per successionem. ff. de reg. iur. Ter-
143 tiò prohibitio facta per testatorem hæredi † intelligi debet de primo hærede, §. manifestum. Auth. de restit. fideic. Alber. l. fin. C. de reb. eccl. non alien. Quæ dicta procedunt in materia stricti iuris. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de verbor. oblig. in
144 qua materia verba per prius intelligi debent, † non autem per posterius. nam in contrarium regula est, hæredem hæredis esse hæredem testatoris, Tiraq. tract. *le mort saisit*, p. 2. declar. 5. nu. 10.

dixi

dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 4. nu. 46. Itē declara, nisi aliter de mente testantis appareat.

## CONCLVSIO LII.

Homo mortuus non est homo, † sed dicitur 145 cadauer; caret enim essentia, vel eius forma, quæ ei dat esse, prout est anima, c. Moyses. 32. q. c. in quadam. de celebr. miss. clem. vnica. de summa Trin. & fide cath. c. in summa. 23. q. 2. c. si episcopus. de hæreticis. c. quorundam. 23. distin. c. neque. 88. distinct. c. à nobis. de sent. excom. Bart. l. promissor. la 2. ff. de const. pec. DD. Com. l. 1. C. si reus, vel accus. mort. fuerit. Angel. §. publica nu. 3. Inst. de act. Mars. l. 1. nu. 36. ff. de quæst. dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 6. ampl. 46. Gomes. §. superest. Inst. de act. num. 19. Ignæus l. 1. §. si manus. num. 39. ff. ad Syllan. Spec. in titu. de accusat. §. 1. nu. 33. Rom. sing. 436. Bellamera c. ex parte. nu. 16. de arbitr. Angel. l. nam Demosthenes num. 3. ff. de legibus. c. licet. 32. q. 6. not. DD. Com. l. 1. C. ne ex delicto defuncti. dixi super. concl. .

## CONCLVSIO LIII.

Honores, † & munera morte soluuntur, l. 1. & 146 toto tit. C. de munerib. & honorib. non continu. inter patrem & filium, quod intellige non de patrimonialibus muneribus, sed personalibus, vel mixtis. excipitur decurionatus, qui quanuis honor sit, tamen ab aliis vacationem non præstat.

præstat.l.à decurionatu.ff.de vac.exc.mun. Denegatur etiam continuatio honorũ, & munerũ

147 inter patrem & filium,† quæ sumptibus proprijs expediuntur: quæ autem impendiis tantum alienis solo ministerio præstito peraguntur, ut munus legationis continuationem non impedit filio.ff.de leg. Azo in Summa, C.de muner. & honor. nu.3. DD. Com. c.si gratiosè.de rescr. 6.c.priuilegium.c.decet.de reg.iur.6. DD.l.fin. C.de iniuriis.l.2.C.qui ad libert.peru.non poss. Dec.cons.156. nu.12. dixi super.concl.49.latè, dicam infer.vers.priuilegium.

## CONCLVSIO LIIII.

148 Infamia soluitur morte, † adhæret enim personæ, & sequitur eã sicuti lepra leprosum, Bart. l.ea.ff.de postul. gl.& Fel.c.testimonium.versic. eadem. de testib.DD.Com.l.1.C.de summa Trinitate & fide cath. Nõ enim sequitur, pater repellebatur à testimonio, ergo etiam filius, Bald.l.1. §.fin.ff.de req.reis.remanet tamen apud infamẽ extincta infamiæ causa, gl.c. constituit, vers.qui ex iudæis. 17.qu.4. Mars.sing.107. Rom.sing.52. DD.c. cum sit.de iudæis. Fel.c. eam te.de rescr.

149 Hippol. sing.179.Et not.† quod infamia est læsæ dignitatis status moribus, & legibus reprobatus, Bart.l.1.C.ex quib.caus.infam.irrog.idem l. 1. ff. eod.l.cognitionum. §.existimat. ff.de var.& extr. cogn. Secundò not. quod duplex est infamia, alia facti, vt quando irrogatur absque ministerio iudicis, l. ea, quæ, C. ex ex quibus causis

infam.

infam.irrog l.verbum. l. interlocutio.ff.eo.alia est iuris, quæ irrogatur aut ipso iure, aut ministe nio iudicis, † Azo in Summa, C.de his qui not.in 150
famia.num. Ias.§.sic itaque. nu.20. Inst. de act. Abb.c.testimonium de testibus.gl.c.infamis.6. q.1. Ias. l. cunctos populos. in 2. lect. C. de summa Trin. & fide cath. Din. c. infamibus. de reg. iur. 6. Tertiò not. quod infamia probatur multis modis: † Primò per testes bonæ famæ specu. 151
in tit.de inquisit.§.3.ver.quid si ille, etiam si essent testes de auditu, Bald.l.1. q.8.C.de test. Innoc.c. cum oportet.de accusat. Secundò, quando quis exercet ludos prohibitos, l.1. & seq. de aleis, & aleator. Tertiò, qui hæreticos receptat, Specul. in tit.de teste § 1.ver.quid de deponentib. Quartò not. quod infamis dicitur mortuus † ciuili- 152
ter, ideo repellitur à dignitate, à testimonio, & ab aliis actibus ciuilib. & legitimis, DD. Com. c.infamibus.de reg.iur.6.DD.Com.c. testimonium. de testibus.

## CONCLVSIO LV.

Ingratitudo soluitur morte, † tam donantis 153
quam etiam donatarii, vnde ius reuocandi donationem non transmittitur ad hæredes donantis, neque contra hæredes donatarii, c.fin.de don.l. fin. vbi DD.Com. C.eod.tit. Ratio est, quia hoc ius competit ob iniuriam sibi illatā, quæ morte soluitur, sicuti actio iniuriarum, l. iniuriarum. ff. de iniuriis. l.si eum, l qui iniuriarum.ff.si quis caut. Actio enim talis non rei, sed vindictæ prose-
cutionem

154 cutionem continet, † l. cum emancipatus. §. emancipatus. ff. de col. bon. Conc. quæ dixi super. concl. 5. & concl. 36. concl. 42. & seq. Rip. l. fin. q. 70. nume. 236. C. de reuoc. don. l. his solis. C. eod. tit. dixi ego latè in tract. de reg. iuris. reg. 8. num. 106. & not. c. non debet. de reg. iur. 6. c. quamuis. de sent. & re iud. l. sæpè. ff. eod. tit. Non enim actio iniuriarum est in bonis nostris ante litem contestatam, ideo distinguendo ita dicas,
155 aut hæres donantis agit contra donatariũ, † aut donans contra hæredes donatarii; primo casu, aut egit prius contra donatariũ, aut non: si egit contra ipsum, & contra hæredes prosequi poterit, nisi tunc lis cum eo finita fuerit, Ripa d. l. fi. qu. 61. Si verò non egerit prius, tunc aut vult agere ex capite ingratitudinis, aut verò violatę fidei: primo casu non poterit, secundo autē bene poterit, quia ob non impleta promissa agi potest contra hæredes, ita dicit Ripa d. l. fin. qu. 70. nu. 236. qui testatur de communi. Rursus aliter distinguendo dicas, aut donans habuit notitiam ingratitudinis, aut non. primo casu, aut potuit reuocare in vita, aut non, si potuit & non fecit, contra hæredes agere non poterit, si verò ignorauerit vel non potuit, contra hæredes agere qui dem poterit, Aluar. c. 1. quib. mod. feud. amit. vnde furator nõ potest quærere de ingratitudine, nisi in casu, quo donator ante furorē potuisset, si voluisset, Ripa d. l. fin. q. 68. nu. 229. Tertiò, & vlt. ita distinguendum est, aut sumus in casu in quo quis dicitur priuari ipso iure, aut non; primo casu hæres instare poterit, vt donatarius, priuetur

fruetur donatione, DD. Com. c. fin. de don. Secundo autem casu, vbi requiritur factũ hominis, vel sententia declaratoria, ante declarationem non transit ius reuocandi ad hæredes, Bar. l. eius qui. ff. de iure fisci, Bald. l. 1. C. ne ex del. def. † nisi essemus in donatione ob causam, quæ nullo modo reuocari potest, Ripa d. l. fi. q. 43. Iul. Clar. §. donatio. q. 21. Secũdò fallit in donatione ecclesiæ, quæ ob ingratitudinem prælati, † neque capituli nõ potest reuocari, Ripa lib. 2. Resp. cons. [illegible]. nu. 20. d. l. fi. q. 20. DD. Com. c. verũ. de cond. appos. vbi Abb. nu. 3. contrariũ tenet Clar. §. donatio. q. 21. nu. 4. Conc. cum hac concl. Ang. l. his solis. C. de reuoc. don. l. omnimodò. C. de inoffic. test. DD. l. 1. C. de inoffic. don. Paul. l. 2. §. si ve[illegible]cariæ. ff. sol. matr. DD. c. 1. §. 1. vers. concubuerit. tit. quib. mod. feud. amitt. Rom. sing. 489. Dec. cons. 466. nu. 8. Cur. cons. 76. nu. 3. Bald. c. 1. q. 4. nu. 7. quibus mod. feud. amitt. vbi Afflict. nu. 41. Tiraq. in tractat. de vtroq. retr. §. 1. gl. 2. §. 15. nu. 14. Cum. cons. 161. Ruin. cons. 42. nu. 14. vol. 4. Afflict. decis. 265. nu. 86. Cum. cons. 165. nu. 5. Bald. cons. 250. nu. 3. volu. 2. Socin. cons. 87. num. 16. vol. 1. Quintil. Mandos. tract. de ingratitudine. c. 62. & seq. Ex quibus colligitur, † quod etiam iniuria soluitur morte.

156 157 158

## CONCLVSIO LVI.

Irregularitas soluitur morte, † vnde clericus percutiens cadauer, amputãs ei caput in irregularitatẽ non incidit, Arch. c. fi. 16. q. 1. c. fi. 25. q. 5. conc. 159

simil.

ſimil. Pontanus l. 4. §. Cato. nu. 59. ff. de verb. oblig. Angel. l. ſepulchri. ff. de ſepulcro viol. not. c. is qui. de ſent. exc. 6. c. ſi. 16. q. 1. Marſ. l. fin. nu. 25. ff. de quæſt. Bald. l. 1. col. 7 C. qui accuſare non poſſ. l. ſororem. C. de his, quibus [illegible] indignis, conc. ſuper. concluſ. 52.

## CONCLVSIO LVII.

160 Iudicium ſoluitur morte, † l. ex iudiciorum ff. de acc[illegible]ſat. quando agitur criminaliter, & principaliter [illegible]d pœnam afflictiuã corporis, ſecus ſi quæſtio [illegible]at ſuper bonis, quia tunc quamuis reus ſit mortuus, tamen adhuc quæſtio durat ſuper bonis l. fin. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. l. 3. C. ſi pend. appell. mors interue. & agitur contra hæredem quatenus ex illis bonis factus eſt locupletior, DD. Com. l. 1. C. ne ex del. def. Bart. l. 1. ff. de priu. del. gl. §. per contrarium. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. conc. cum hac concl. ſuper. co[illegible]l. 2. & concl. 27. & 32. & hoc quo ad iudiciũ cr[illegible]ninale. Iudiciũ autem ciuile ſoluitur multis
161 m[illegible]dis, † de quibus ſuper. concl. 31. not. l. iudiciũ ſ[illegible]uitur, ff. de iudiciis. l. mortuo iudice. ff. de iu[illegible]ciis. l. amplius. ff. rem ratam haberi, DD. Com. l[illegible]. C. qui teſt. fac. poſſ. c. quorundam. 23. diſtin. A[illegible]gelus in tractat. malefic. verſicul. Dominus n[illegible]me. 41. Decius l. pupillum. §. in hæredes. num. 3[illegible] ff. de regulis iuris. Bellamera capit. ex parte [illegible]ume. 17. de arbitr. Decius, & DD. Com. [illegible] Imperium. nume. 16. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Abb. c. eccleſia. num. 23. de conſt.

CON-

## CONCLVSIO LVIII.

Iuramentum ſoluitur morte iurantis, † vnde 161
nõ obligat hæredem in foro eccleſiaſtico, Doct.
Com.c. veritatis, de iureiur. Ruin.conſil.71.nu.
75. vol.3. vbi dicit, quod iuramentum ſuper con
tractu nullo, non firmat contractum, ſed obli-
gat iurantem Deo ad obſeruantiam: hæres ta-
men poteſt contrauenire ſine metu periurij, etiã
abſolutione non obtenta: quia iuramentum per
ſonale eſt, & nõ tranſit ad hæredes, nec eum ob-
ligat ad obſeruantiam: ſi verò eſſet ſuper contra
ctu valido, obligatio trãſiret ad hęredes, nõ quo
ad vinculum periurij, ſed quoad efficaciã, † con 162
clu. idem Ruin.conſi.20.nu.2.volu.4. Rol.con-
ſil.17.num 15.vol.1.gloſſ.in ſumma.24.q.3. Ioan
Andr.c.fin. de ſepultur. Rom.ſing.232. Bauer.in
tract. de iuram. verſi.8.col.3. Baldus l.cum quis.
§.codicilli. ff. de leg. 3. Afflictus deciſio. 381. Al-
ba.conſi.77.nu.18.l.generaliter.C.de reb. cred.
Corn. conſil.27.col.4.vol.4. Decius conſil. 93.
Paris conſil. 64.num.93. vol.1. Socin.conſil. 5.
volum.1. Corn.72.volum.3. Paulus l.falſus.ff. de
plus pet. not.l.nam pœna.§.fin.ff.de iureiur.§.
Auth.de iureiur. Baldus l.2.ff.eod. tit. Docto.l. ſi
quis maior.C.de tranſact. Paris conſi.56.nu.6.
vol.1.conſi.74.nu.22.vol.3. Doct.cap.1. c.quam-
uis. c. cùm contingat, de iureiur. ampl. etiam ſi
hæres eſſet pater, vel filius, vxor, vel maritus, ſer
uus, vel dominus. Item ampl. in diſpoſitione
contra iuris formam corroborata iuramento,
contra quod vniuerſitas venire poteſt, † Auguſt. 163

Ber.cons.92.num.1.& seq.vol.1. Tertiò ampl. vt heres ratione iuramenti prestiti per defunctum non possit conueniri in foro ecclesiastico, Doc. c.fin.de foro compe.de com attestatur, August. Ber. dicto consil. 92. num.18. Bart.l.cum quis.§ codicillis.ff.de legat.3.l.cum pater.§. filius.ff.de legat. 2.Baldus l.2.C.de fruct.& lit.exp. Quartò ampl.etiam si essemus in donatione facta per de
165 functum, †Ioan. Corras.l.frater à fratre.nu.76. ff. de condi.indeb. Thom.Parpalia l.si quis maior.q.5.numer.93.C.de transact.vbi dicit, quòd quemadmodum iuramentum non trahitur ad res futuras,ita nec etiam ad personas,d.loco,nume.43. Doct. Com.l.qui superstitis. ff.de acq.hered.Franc.c.quamuis.de pact.6. Archi.c.longinquitate.12.q. 2. Ratio rationis est, quia iura-
166 mentum est obligatio animæ,†Card.Clem.vnica. §. nos itaque. de iureiur. anima autem ligari non potest sine proprio consensu,cùm ius spirituale nõ transeat de anima in animã, DD.Com. c.veritatis. de iureiur. Auth. sacramenta puberum.C.si adu.vend. Gozad.l.2.nu.55. C.de pact. inter empt.& vend. Baldus Nou. l.rem minoris. nu.44.C.de resc.ven. Tho. Gramma. decisi.76. nu.21.Afflict.decisi.381.num. 9.tit.de compensat. vbi tenet quod agi potest ciuiliter, sed non criminaliter, Barb.l.1.ff.de priu. del.Decis.Can. 2.nu.10.tit.de iureiur. Alex.consil.7.nu.6.vol.6. consil.150.nume.11.vol.7.Paulus l. rationes,nu. 3.C.de probat.consi.306.nu.4.volu.2. Quando autem ciuiliter agitur, transit effectus iuramen
167 ti primò ad iurantes †c.1.de iureiur.Secundò ad

succesfo-

ſucceſſorem, tam ſingularem, quàm vniuerſalem. l. ait prætor. ff. de iureiur. l. etiā. l. nam poſtea. ff. eod. Tertiò ad procuratores. l. non ſolum. §. 1. ff. de procu. Quartò, ſi duo ſunt rei debendi, vel cre[illegible] ſacramētum vnius ſocij, alteri prodeſt, & obeſt, l. duobus. ff. de iureiur. l. ſi duo. ff. de arbitr. Quintò iuſiurandum rei principalis prodeſt fideiuſſori, fideiuſſoris autem iuſiurandum reo, ſi iurauerit ſe ſoluiſſe, l. duobus. §. 1. ff. de iureiu. Hoſti. in Summa, de iureiu. num. 8. Ex quibus dictis not. † Primò, quòd hæres creditoris non poteſt accuſare debitorem de periurio, deciſ. Neap. 75. nume. 6. Gomeſ. §. actionum. nu. 168
5. Inſtit. de actio. Secundò infertur quod hæres, vel ſucceſſor non cogitur petere abſolutionem à iuramento, Alexan. conſi. 129. volum. 6. conſil. 151. vol. 7. Ruinus conſi. 107. num. 18. vol. 1. conueniri † tamen poteſt indirectè, vt ſatisfaciat exonerando animam defuncti, Gome. §. actiones, 169
nume. 6. Inſtit. de act. com. dicit, Doct. c. cum ſit, de foro comp. Paul. l. ſi grege. de leg. 1. Fed. conſil. 81. Aret. conſi. 59. Iaſ. 76. vol. 1. Chaſſan. conſi. 47. Anton. Gabriel. tit. de iureiur. conclu. 6. num. 3. Tertiò no. quod iuramentum ſoluitur morte quoad vinculum periurij, ſecus quoad efficaciam obligationis, Baldus l. etiam. ff. de iureiu. Innoc. c. veritatis. eod. tit. Caſſad. deciſi. 2. de iureiur. Paris con. 75. vol. 3. Fed. conſ. 281. Bal. l. iuſiurandi. ff. de iureiu. Soc. conſi. 77. vol. 1. Cor. conſil. 11[illegible]. vol. 4. Brun. conſi. 12. Cur. conſil. 110. Cæpoll[illegible]. conſ. 30. Guid. deciſ. 414. Afflict. deciſ. 381. Chaſſa. conſ. 47. Dec. conſi. 639. Paris conſi. 54.

vol.1.Ruin.consi.95.vol.1.consi.107.nu.18.vol. 1.Gemin.c.2.de iur. cal.Bart.& alij l. admonendi.ff.de iureiu.Bal.l.generaliter.nu.2.C.de reb. cred. Steph. Bertran.consi.[illegible] nu.5.vol.2.Paul. consi.306.num. 4.vol.2.Aret.§.sequitur.nu.[illegible] Inst.de except.Socin.consi.115.nu.11,vol.1.D[illegible] consi 203.num.7.Angel.§.1.num. 2. Authen.de iu[illegible]iur.à mort.præst.Ant.Corf.Rub.de iureiur. priu.[illegible]21.Afflict.d.decis.381.gl.54.q.3.in Summa,& g[illegible].1.q.4.in summa.Card.consi.137.Ioan Andr.c[illegible]n.de sepult.Paris cons.75.nu.23.vol.3 cons.54[illegible]u.8.vol.1. Nam iuramentum adeo personale est, quod in alterum minimè extendi potest, Bauer.in tract. de virt. iur. nu.14. quicquid dicat D[illegible]cons.639.nu.6.& Afflict.d.decis. 381. nu.8.Bar.l.cùm quis.§.codicillis. nu. 12.ff.de lega.3. Sed istorum dicta procedunt cùm ciuiliter agitur, non ad periurium, sed ad pœnam obligationis, Bart.l.1.ff.de priu.del.& hoc propter vim
170 iuramenti † reddentis validum contractum nullu[illegible], no.c.cùm contingat.de iureiur.c licet.eo. t[illegible]6.Auth.sacramenta puber.C.si adu.ven.Co[illegible] [illegible]t.in tracta.de virt.iur. nu.45.Paul.l.si quis pro [illegible]. nu.5.ff.de fideiussor.Ancha.c.veritatis.nu.2. de iureiu.Bal.l.fi.nu.16.C.de pac.Bert.cons.153. [illegible].6.vol.2.& hoc tertium notabile relatũ intelligitur, quãdo scilicet iusiurandum defertur ab homine, id est, de voluntate partium, no.l.3.§.fi. ff.de iureiur.l.iusiurandum.eod.tit.Ias.l.si quando.C.vnde vi, Bauer.in tracta.de virt.iur.n[illegible].64. Bal.in l.bonæ fidei, nu.10. C.de reb.cred.I[illegible] oct. l.generaliter.C.eo.tit. Si verò iusiurandu[illegible] à l. [illegible] ve[illegible]

vel à iudice defertur, tunc in hæredes iuramentum transfunditur. nam eo casu, in quo defunctus tenebatur iurare, † & in eodem tenentur etiam hæred[illegible] C. de ædendo. [illegible]dict. decisio. 169. Doct. l. ait prętor. ff. de iureiur. Bart. l. gerit. col. 6. ff. de acq. hære. præsertim quando hæres scit, quod asserere proposuerit, quod defunctus etiam iurauit, seu quòd iurare debebat, Soci. consi. 194. vol. 4. Rom. co[illegible]. 290. Steph, Bert. consi. 100. nu. 25. vol. 1. & h[illegible] ne hæres dubius sumat periurium. l. iubem[illegible]s. ff. de in litem iur. Bald. c. fin. de offic. deleg. Par[illegible]us cons. 296. volu. 1. Alber. l. fin. C. de fideicom. Firaq. in tract. de retr. c. *Monstrer*. §. 2. gl. 2. num. 2. 171

## CONCLVSIO LIX.

Iurisdictio soluitur morte, † Doc. Com. l. imperium. l. more. ff. de iuris. om. iudic. dixi super. conclus. 31. 172

## CONCLVSIO LX.

Legatum soluitur morte legatarij, † nisi h[illegible]buerit coniunctum, vel substitutum, Ampl. et[illegible]am in morte ciuili: vt, si damnatus esset in met[illegible]lum; secus si deportaretur in insulam, quia ip[illegible] potest in ciuitate restitui. l. interdicit. ff. de co[illegible] & demon. si verò legatarius mortuus fuerit post mortem testatoris, legatum tunc transmittitur ad ei[illegible]s heredes, si legatum erat purum, seu relictum in diem certum, l. 1. §. cum igitur. C. de ca. coll[illegible]. & onus impositum legato comitatur le- 173

gatum, Bart.l.filio.§.matri.ff.de adim.leg.Bal.l. 1.C.de cond.insert.l.1.§.pro secundo.C.de cad.
174 tollen. † Item mortuo legari non potest, Dec.& Cag.l.Neratius.ff.de reg.iur.sicuti ei hereditas dari non potest. Mars.l.fin.nu.31.ff.de quest. l.Diuus.§.fin.ff.de iure cod.l.quo loco.ff.de hered.insti.Doct.l.Celsus.l.pater.ff.de leg.2.

## CONCLVSIO LXI.

175 Libelli declaratio soluitur morte † libellantis, vnde per successorem fieri non potest, Ias.l.si quis à filio.§.si quis.num.4.ff.de leg.1.gl.l.Pomponius.§.fin.ff.de rei vend. l.inter stipulantem. §.1.ff. de verb. oblig. Paulus l.si quis intentione. num.4.ff.de iud.no.l.interminatio.C.de fruct. & lit.exp. Curt.l.edita.num.140. C.de edendo, Ampl. in aliis in iudicio prolatis, Bald. l.idem. nume.1.ff.de rei vend. Abb.c.cum ad sedem.nu. 16.de resti. spol.not. idem consi.187.lib.2.Ant. c.cum dilectus.de caus. poss.& propriet. Bart.l. naturaliter.§.nihil commune. nume 13. vbi Beng.nume.105.ff.de acq.poss. Curt.l.edita.nu. 1.C.de edendo.

## CONCLVSIO LXII.

176 Literę missæ soluuntur morte, si mors peruenerit antequam sint acceptæ, nec obligant hæredes, Bart.l.Aretusa.ff.de stat. hom.Baldus l.1 colum.13.C.de confess.Innoc.ca. cum dilectus de succes. ab intest. Ant.c.fin.de conf. Barbat.c

cùm dilectus.c.post cesſionem.de proba.Giral. ſing.27.Marſil.Rub.C.de proba.Paul.l.qui Romæ,§.Augerius.ff.de verb.oblig.

## CONCLVSIO LXIII.

Malafides ſoluitur morte,† vnde malafides defuncti non nocet hæredi, Alex. conſil.4.[illegible].1. 177
vol. 2. quia ſucceſſor iuſtam ignorantiæ [illegible]uſam habuit,l.q in alterius. ff.de reg. iur. c.c[illegible]m quis. eod. titu. 6. l. Marcellus. ff.rerum am[illegible]t.l.fin.ff. pro ſuo, Authen. malæfidei.C.de præ[illegible]cri. long. tempor. Innoc. c.cura de iure patr.Ba[illegible]t.l.vitio. C.de acq.poſſ.l.cum hæres.ff. de diu.& tempor. præſcri. Aretin. l. Pomponius.§.cùm quis.ff.de acq.poſſ.Baldus conſi.224.vol.5. Paulus conſil. 158.vol.2.Cyn.l.nihil.C.pro hęrede.Corn.conſil.176.vol.1.vol.1.Ioan.And.c.cùm quis.de reg. iur.6.Soci.in conſ.293.vol.1.& in reg.389.Paul. conſ.86.vol.2.Fel.c.ſi diligenti.de præſcr.[illegible]in. conſ. 34. vol. 2.Ang.§.furtiuè.Inſt.de vſuca.Anton.c.cura.de iur. patr. Abb. conſil.275.col.[illegible]n. 3.Rom.conſi.149.Alex.conſ.84.volu. 1. quib[illegible]s tamen in locis habetur, quod hæres malæfi[illegible]i non poteſt † à ſe ipſo præſcriptionem inchoa[illegible], 178
Gomeſ.§.ſed iſtæ.Inſt.de act. Calcan. conſil.[illegible]. Abb.conſ.19.lib.2.& hoc etiã de æquitate canonica,Curt.conſ.177.Barbat.conſi.9.vol.2.D[illegible]c. conſi.272.Balb.in tract.de præſcri.2.part.3.par. pri[illegible]c. q.12.num.3.Imol.c.fin.de præſcr.Gozad. conſi.56.Bert.conſi.66.vol.1.Paris.conſ.27.vol. 1.[illegible]rau.conſi.146.Ampl.procedere in omni hęrede

rede mediato, vel immediato, Bertran. d. consil. 191. volum. 1. Socin. Iun. conf. 76. volum. 1. Grat. consil. 125. vol. 1. Ruin. consi. 68. vol. 1. Ioan. Monach. c. 1. num. 1[illegible] de præf. Fallit tamen nisi hæres alio titulo, quàm à defuncto præscribere va-
179 let, † l. an vitium. §. fin. ff. de diu. & temp. præscri. Ias. l. Pomponius, num. 20. ff. de acq. poss. Paris consil. 23. nu. 212. volum. 1. Secundò fallit quan-
180 do ad[illegible]et † mala fides præsumpta, decisio. Neapol. 86. num. 7. Paris consil. 24. nume. 14. volu. 1. Socin. Iun. consi. 76. num. 98. vol. 1. Bertr. consil. 179. num. [illegible]. vol. 2. Ruin. consil. 170. vol. 1. Tertiò
181 fallit in successore dignitatis † Docto. cum gl. c. cura. de iur. patr. Ias. dicta l. Pomponius. decisio. Neap. 4. num. 14. in nou. Quartò fallit in hære-
182 de cum beneficio l. & inuentarij. † Paris consil. 23. nume. 211. volu. 1. Ampl. & secundo hoc idem esse de iure ciuili, gl. l. sequitur. §. hæres, ff. de vsucap. gl. l. eum qui. §. in hac. ff. de publi. l. si ego. §. pa[illegible]us. ff. eod. gloss. l. 3. ff. de vsucap. l. nihil. C. eod. [illegible]it. l. vitia. C. de acq. poss. Sed in isto articulo ita distinguendo dicas, aut sumus in successore vniuersali, aut in particulari. Primo casu, aut loquitur de rigore iuris ciuilis, aut de iure canonico, si loquamur de iure ciuili, hæres vniuersalis succedit in malam fidem defuncti. l. legato. C. de fruct. & lit. exp. l. cum heres. ff. de var. & extra. cogn. l. 1. C. de præscri. long. temp. si verò sumus in materia iuris canonici, mala fides auctoris nó nocet successori vniuersali existéti in bona fide, præscribere volenti, Alex. d. consil. 4. nu. 1. vol. 2. Dyn. c. 2. nu. 42. de reg. iur. 6. Quod dictũ verum

non

non creditur reſpectu pręſcriptionis, vt dicetur
modò: ſi verò ſumus in ſucceſſore ſingulari, tam
de iure Cęſareo, quàm Pontificio, mala fides au-
ctoris non nocet ſucceſſori, not. l. cum hæres. ff.
de diu. & tempor. præſcrip. Anton. Gabriel. tit.
de præſcri. concl. 5. Dyn. dicto cap. 2. Sed hæc di-
ſtinctio non videtur vera quoad præſcriptioně,
ſed bene quoad fructus reſtitutioně, vt latè dixi
in tract, de compenſ. part. 1. q. 9. nu. 3. & 4. ideò
iſto in caſu facio has præſentes cócluſiones, qua
rum † prima ſit, quod ſucceſſori vniuerſali ma- 183
la fides auctoris nocet, quia eadem perſona fin-
gitur, l. cum hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſcri.
Doct. Com. c. ſi diligenti. de præſcrip. Succeſſor
enim conſcientiam eius exonerare debet, cui
ſuccedit. c. fin. de ſepult. quod dictum procedit
tam de iure canonico, quàm ciuili, Baldus Au-
then. ad hæc. C. de vſur. Spec. tit. de præſcri. §. fin.
Ioan. And. in addi. ad Specul. §. fin. tit. de præſcr.
Imol. c. fin. de præſcr. Alexan. conſil. 213. numer.
14. vol. 2. conſil. 99. num. 4. vol. 4. conſi. 87. num.
8. volum. 7. conſil. 63. num. 11. vol. 4. l. Pompo ni-
us §. cùm quis. ff. de acq. poſſ. Paulus l. 4. hæres.
ff. de vſucap. not. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca.
Sal. Authen. ad hæc. C. de vſur. Rom. conſil. 2 1.
num. 6. conſi. 149. numer. 4. Decius conſil. 3 3.
num. 6. Imola conſil. 73. Corn. conſi. 176. num.
9. vol. 1. conſ. 294. nu. 12. vol. 3. Bert. conſi. 41. nu.
11. vol. 1. Aret. §. ſed iſtæ. Inſtit. de actio. vbi ponit
12. limitat. ad Auth. malæ fidei. C. de pręſcr. long.
temp. not. Bart. l. 2. nume. 1. ff. de fruct. & lit. exp.
Soci nus conſil. 76. num. 24. conſil. 144. num. 52.

vol. 1. Baldus l. ancillæ. num. 7. C. de furt. Salic. l. litigator. nu. 2. C. eod. Fel. dict. c. si diligenti. colum. 5. Cyn. l. sequitur. §. hæres. ff. eod. de vsucap. glo. c. cùm quis. de reg. iur. 6. Abb. c. cura. de iure patro. Doct. Com. §. res fisci. Instit. de vsucap. gloss. & Salic. l. 2. C. de vsucap. pro hærede. Abb. c. grauis. num. 10 de restit. spol. Bart. & Baldus l. si ego. §. partus. ff. de public. Bologn. l. tutor. ff. de administr. tutor. Decisio. Delphi. 416. Imol. cons. 44. volum. 2. Paulus l. si quis sub conditione, in fine, ff. de cond. inst. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Cuman. consil. 67. Igneus l. necessarios. §. non alias. nu. 98. ff. ad Sylla. Balb. d. tract. de præsc. 2. par. q. 12. n. 12. & est mag. Com. opi. vt ex relatis cõstat. Que conclusio procedit, quando successor ab auctore malæfidei titulum habuit, secus si aliunde, vt dictum est, quia eo casu, etiamsi hæres non esset, præscribere posset, l. an vicinum. §. fin. ff. de diu. & tempor. præscr. Bald. l. eum, qui. §. in hac. ff. de public. Angel. l. ait prætor. ff. eodem titu. Idem est in eo, qui in aliqua dignitate succesſit, glo. & Doct. Com. c. cura. de iure patron. cap. de quarta. de præscrip. Abb. c. grauis. num. 10 de rest. spol. qui enim in dignitate succedit, non ducit ius ab eo, gl. dicto c. cura. Abb. & alij cap. 1. de sol. Imol. c. fin. de pręscr. Se-
184 cunda conclu. sit quod cum iure proprio † non præscribitur, etiam singulari successori malafides auctoris nocet, vnde quicquid defunctus obtinuit malafide, successor eius siue vniuersalis, siue singularis, restituere debet, Ang. in trac. de arte test. glo. 18. nu. 3. Anton. c. si diligenti. de præscr.

prȩſcr.Imol.cap.fin.eod.tit.ſi verò præſcribatur iure proprio, eo differt ſingularis ſucceſſor ab vniuerſali, quia ſingularis ſpacio 30. annorum præſcribere poteſt, vniuerſalis autem non. Doc. cap.2.de reg.iuris.6.Angel.§.ſed iſtæ. numer.12. Inſti.de act.not.Baldus l.ancillæ.nu.7.C.de fur. Paulus l.nihil.num.5.C.de vſucap.pro hær.not. l.omnes.l.ſicut.C.de præſcr.30.annor.num.12. Abb.dicto cap.grauis.num.10.de reſt.ſpol.con. Alexan.conſi.99.num.4.volum.4.Paulus l.4.§. hæres.ff.de vſucap.Roman.conſil.129.num.4. Dec.conſil.303.num.6.Corn.conſil.176.num. 9.volum.1.Bart.l.2.nume.1.ff.de fruct.& lit.exp. Tertia, & vlt. conclu.ſit, quod mala fides auctoris ſoluitur morte, † nec dicitur continuata in 185 ſucceſſorem, ſiue vniuerſalem, ſiue ſingul. quoad reſtitutionem fructuum perceptorum per ipſos, ſecus, quoad fructus perceptos per auctorem malæfidei, vt latè dixi in tract. de compenſ. part.1.q.9.& ſequen.

## CONCLVSIO LXIIII

Mandatum ſoluitur morte mandantis, † & 186 mandatarij, l.inter cauſas.ff.mand.quando res eſt integra, Feli.c.eam te.num.10.de reſcr.Bart. l.fundi.§.etiam.ff.de acq.poſſ.vbi dicit hoc non procedere, quando mandatur aliquid, quod agi debeat ex officio. Item fallit in mandato Papæ, cui ſucceſſor defuncti obedire debeat, glo.l.tale pactum.§.pater, verſic.exceptionem.ff.de pact. niſi ad perſonam tantum fuerit directum.l.cùm

pater.

293 cedit † fiſcus, Azo in Summa,C.pro ſocio.num. 14. Tertiò ſoluitur interitu rerum,vel cum eſſe deſinit in commercio noſtro.l.verum.§. fin. ff. pro ſocio.§.publicatione.Inſtitut. eod. Quartò ſoluitur voluntate. not.l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Quintò ſoluitur ipſa per ceſsionem bonorum,propter publica debita.Azo in Summa d.loco,nume.15.Sextò ſoluitur egeſtate. l.4. ff. pro ſocio. Septimò ſoluitur actione perem-
294 pta. † l.actione.ff.pro ſocio.Et not.quod ſocius ſocio iudex dari non poteſt manente contractu ſocietatis,Tiraq.in tract.ceſſante cauſa.nu.227. Marſi.l.etiam.ff.de quæſt.

## CONCLVSIO CIIII

295 Sponſalia ſoluuntur morte,† Hoſt.in titu.de ſponſal.nu.10.conc. quæ dixi ſuper.concluſ.66. Ampl. vt ſi reſurgat, non recuperet ſponſam, Angel.l. nam Demoſthenes. ff. de leg.numer.3. Secundo modo ſoluuntur per mortem ciuilem, vt per ingreſſum religionis.cap.2. cap.ex publico.de conuerſ.coniug. Tertiò ex diſſenſu.impuberis,Didac.in Epit.1.par.c.5.§.1.num.1. Quartò ſoluuntur lapſu temporis.gl.c.ſicut.de ſponſal.

ſal. Quintò ſi ſponſus per triennium vagetur.l. 2.C.de repud.not.l.2.C.de ſponſ. Sextò ſoluuntur fornicatione ſequuta, † not. cap. quemadmodum. de iureiuran. gloſſ. cap.ſicut.27.qu.2. Docto.c.de illis. de ſponſal. Septimò diſſoluuntur mutuo conſenſu. Didac. titu. de ſponſal.c.5. num.1.Hoſtien d.loco,num.10.Azo in Summa. C.de ſponſal.num. 8. 296

## CONCLVSIO CV.

Status defunctorum vltra quinquennium † non queritur,tot.tit.C.ne de ſtat. defunc.poſt quinquennium quæratur, vbi Azo in Summa, C.eod.num.1. 297

## CONCLVSIO CVI.

Stipulatio pœnalis ſoluitur morte,† nec ad hæredes trãſit,quando ſtipulator mor[illegible] prçuentus adimplere nequiuit, dixi ſuper.con[illegible].72. 298

## CONCLVSIO CVII.

Suitas ſoluitur morte, † Tiraq.in tractat.primog.q.40.nume.121.per l.Gallus.§.nunc.de lege. ff. de liber. & poſthum.§.ſui.Inſtit.de hæred. qual. & differ. l. Iulianus. §.1.ff.ad exhib.l.adeo. §.cùm quis.ff.de acq.rerum.domin. 299

## CONCLVSIO CVIII.

Teſtamentum mortuo teſtatore,† antequam ſit lectum coram teſtibus, non eſt validum, gloſ. Bart. & Docto.Com.l.fideicommiſſa.§.quoties. ff.de leg.[illegible] Fallit hoc in teſtamento ad pias cauſas, 300

301 ſas,† Dyn. l.Lucius.ff.de mil.teſt.Rom.Authen. ſimiliter,in 13.ſpeciali.C.ad Velleian.Imol.conſil.75. & in cap.cùm eſſes.de teſtam. Paulus conſil. 25.volu.2. Corn.conſi.53.vol.1.Iaſ.l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. Tiraq. in tractat.de priu.piæ cauſæ,priu.6.

## CONCLVSIO CIX.

302 Tutela ſoluitur morte,† §.ſimili modo. Inſtit. quib.mo.tut. fin.vbi gl.dicit, ampl.hoc dictum in morte ciuili, in verſicu. morte. §. item finitur. Inſtitut.eod. Tertio modo finitur, cum puberes eſſe cæperint pupilli, pupillæue.Inſt.eo.in prin. Quartò fi[illegible]tur per arrogationem.l.nec ei.§.eorum.ff.d[illegible]adopt.& hoc cum conſenſu omnium. l.fin.C.d[illegible] auth.pręſt.§.item.cum glo.verſic.adhuc. Inſ[illegible]t. quib. mod. tut. fin. Quinto modo fi-
303 nitur fi[illegible]ta conditione,ad quam fuit †tutor datus. §. [illegible] & ſi.Inſtit.eod. Sextò,capitis diminutione.§. ſed & capitis.Inſtit.eod. Septimò,finito tempore,ad quod fuerunt dati.§. præterea.Inſt. eod.titu. Octauò finitur tutela, vel quia ſuſpecti ſunt,vel quia iuſta de cauſa excuſantur.§. fin.Inſtit.eod.tit.not.tit.de hære. tut.

## CONCLVSIO CX.

304 Vicariatus ſoluitur morte epiſcopi, † Rebuffus in praxi benefic.in titu de form.vic. Archiepiſcopi, & aliorum. num. 216.cap. ſi gratioſè.de reſcr.6.Doct.Com.c.quoniam Abbas. de offic. deleg. c. ad abolendam. de hæret. c. quia. de iudic.Franc. c. 1.de offic.vic.6.Docto.l.more.ff.de [illegible] iuriſd.

iurisd. omn. iud. Maranta in tract. de ord. iud. 4. part. q. 19. num. 38. Curt. d. l. more. num. 76. Bellamera c. ad nostram. de iureiuran. num. 2. not. d. c. si gratiosè. Gozad. consil. 22. num. 6. dixi superiùs conclus. 31.

## CONCLVSIO CXI.

Vindicta soluitur morte, † Baldus l. fin. quæst. 305
6. C. de iure deliber. l. cum emancipati. §. 1. ff. de collat. bon. conc. quæ dixi super conclu. 56. Doctor. Commun. l. fin. C. de reuocan. donat. cap. fin. de don. Ripa dicta l. fin. num. 236.

## CONCLVSIO CXII.

Voluntas extinguitur morte, † Ias. l. non so- 306
lùm. §. morte. nume. 2. ff. de oper. noui n. nunc. vbi Doct. Commu. l. 4. ff. loc. c. si gratiosè. de rescr. 6. Gozad. consil. 22. num. 6. no. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic. Angel. consil. 217. Marsil. l. fin. nu. 42. ff. de quæst. Curt. consil. 235. Domi. c. si delegatus. de offic. deleg. 6. l. mandatum. C. mandati. l. si defunctus. ff. de procur. Guid. decis. 119 Alex. consil. 128. lib. 6. l. si quis. §. alicui. ff. mand. Fulg. l. more. num. 25. ff. de iurisd. omn. iudic. Decius consil. 108. dixi super. concl. 65. & concl. 70.

## CONCLVSIO CXIII.

Vsus morte soluitur, † §. finitur. Instit. de vsu- 307
fruct. §. 1. Institu. de vsu, & hab. gloss. §. deinceps. versicul. similiter. Authen. de nupt. l. habitatio. C. de vsu, & hab. dixi super. concl. 50.

CON-

## CONCLVSIO CXIIII.

Vsusfructus soluitur morte,† Doct.Commu.
308 d.§.finitur.Instit.de vsufru.Doct.Com.Instit de vsu, & habit. in princip. glo.§.deinceps,versicu. similiter. Authen de nupt. Tiraqu.in tractat.*le mort saisit le vif*.3.par. 1.declar.num. 1. Ex quibus colligitur hãc materiam huius tractatus locum habere in contractibus.l.verum. §.morte.ff.pro socio. Secundò in vlt.volun. tractabatur. ff. de mil. test. Bart. l. 1. q.12.ff. de vulg.& pupil.glo.& Doct.l.fideicommissa.§.quoties.ff.de leg.3.Tertiò procedit in iudiciis.l.defuncto.ff.de public. iud.& hoc tam in iudicio ciuili,quàm criminali. Corn. consil.195.num.8.vol.2.Dec.l.pupillum. §.in hæredes.num.3.ff.de reg.iur.l.fin.C.si reus, vel acc. s.mort.fuer.Bald.consil.162.num.2.volum.2.Anton. consil.58. numer.1. Paris consil. 155.vo.num.4.Curt.l.imperium.num.4.ff.de iurisdict.omn.iudic.dixi ego in meo tracta. de regul. iuris. reg. 6.ampl.26.ampl.22.Gomes.§.superest.num.19.Instit.de actio. c.quorundam. 23.distin.Ang.tract.malef.versic.Dominus.nu.41.Quæ omnia declara,vt in super.& in seq.par. latius dicetur,quomodo procedat iste Tractatus noster,Mors omnia soluit.

# SEBASTIANI MEDICIS
## *Tractatus,*

## MORS OMNIA SOLVIT, Pars Tertia.

### SVMMARIA IN TERTIAM PARtem huius operis.

1 *ANima nostra immortalis est.*
2 *Caracter non tollitur per mortem.*
3 *Qualibet dispositio inter viuos, vlti. volu. & iudiciorum con[illegible]rtur post mortem.*
4 *Alimenta debentur vidua ab harede po[illegible] mortem viri.*
5 *Colono stare non tenetur singularis successor.*
6 *Successor vniuersalis tenetur stare colono.*
7 *Debita defuncti per haredem solui debent.*
8 *Hares non tenetur de euictione.*
9 *Actiones tam actiua, quam passiua in haredes transeunt.*
10 *Statutum quod debitor carcerari possit, hares defuncti debitoris recte carcerari poterit.*
11 *Executio sententia lata contra mortuum, recte contra haredem ferri poterit.*
12 *Res transit cum sua causa.*
13 *Factum defuncti per haredem debet confirmari.*
14 *Furtum non soluitur morte, quomodo intelligatur.*

15 *Hæres repræſentat perſonam defuncti, in his, quæ ſunt iuris, ſecus autem in his, quæ facti ſunt.*

16 *Interdictũ recuperandæ datur hæredi, ſicuti competebat defuncto.*

17 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet. Ampl. vt talis actio etiam ad hæredes transferatur.*

18 *Mortuo patre ſi ſtatim vera poſſeſſio ab alio occupatur, hæres agere poterit.*

19 *Remedium adipiſcendæ non ſoluitur morte, ſed ad hæredes tranſmittitur.*

20 *Ius patronatus transfertur ad hæredes poſt mortem patris.*

21 *Præſcriptio continuatur in hæredem.*

22 *Pignoris obligatio non ſoluitur morte.*

23 *Publiciana, quæ competebat defuncto hæredi competere poteſt.*

24 *Reiuendicatione agere poteſt ſucceſſor ex dominio exiſtenti penes defunctum.*

25 *Retrouendendi pactum non ſoluitur morte.*

26 *Salarium poſt mortem aſſeſſoris debetur hæredi.*

27 *Scripturæ mortuorũ fortius probant, quã viuorũ.*

28 *Iuramenti vim habet mors.*

29 *Inſtrumentum notarij mortui plus probat, quàm viuentis.*

30 *Teſtium mors vim habet recognitionis.*

31 *Mori nemo præſumitur in peccato.*

32 *Mortis æternæ in mortis articulo conſtitutus, vnuſquiſque memor præſumitur eſſe.*

33 *Probatio morientis, qui deponit, ad hoc vt valeat, oportet citari partem.*

34 *Teſtamentum accipit vires à die mortis teſtantis.*

35 *Vſurarij hæres vſuras reſtituere tenetur.*

36 *Vſu-*

36 *Vsucapio non finitur morte.*
37 *Pœna, quæ ipso iure à l. imponitur trãsit in hæredes.*
38 *Vidua committens stuprum post mortem viri non priuatur dote, sicuti si adultera esset in vita.*
39 *Iniuria minor est, quæ infertur mortuo, quã viuo.*
40 *Mors nõ soluit id, quod in locũ mortui subrogatur.*
41 *Perpetuum nihil est, nisi per subrogationem.*
42 *Subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur, quando tendunt ad idẽ, secus si ad diuersa tẽdant.*
43 *Subrogatum quid sit.*
44 *Excipiendi ius morte non soluitur.*
45 *Filius in locum patris mortui succedit.*
46 *Patri succedit filius in fideicommissum.*
47 *Statuto extante quod nemo admitta[illegible] ad officia ciuitatis, nisi habeat æstimum, filius [illegible]mittetur propter æstimum patris.*
48 *Monacho mortuo non expirat substituti[illegible]*
49 *Monasterium habetur loco filij.*
50 *Monasterium quando non succedat in feudum.*
51 *Seruitus realis non soluitur morte.*
52 *Qui succedit in ius alterius, eo iure vti debet.*
53 *Actio iniuriarum quando transeat ad hæredem.*
54 *Hæres est eiusdem potestatis, qua erat defunctus.*
55 *Inimicitia non soluitur morte.*
56 *Priuilegium mortuo conceditur.*
57 *Excommunicari potest quilibet post mortem.*
58 *Excommunicatum mortuum sepeliens incidit in excommunicationem.*
59 *Viuus vbi quis manere non potest, nec etiam mortuus deferri poterit.*
60 *Ossa mortuorum deferri possunt ad locum, vbi alias [illegible] esse non potest.*

61 *Iniuria mortuo quandoque inferri potest.*

62 *Indignus efficitur concubens cum uxore defuncti.*

63 *Ban... tuus spoliari non potest, licet in vita spoliari posset.*

64 *Hæresis crimen non soluitur morte.*

65 *Crimen læsæ Maiestatis morte non soluitur.*

66 *Peculatus crimen morte non extinguitur.*

67 *Læsuræ crimen morte non soluitur.*

68 *Inuentarium conficiens hæres ad quid teneatur.*

69 *Pœna quæ soluatur morte, aut non.*

70 *Lucrum turpe ab hærede extorquetur.*

71 *Pœna ipso iure in hæredes quando transeat.*

72 *Actiones criminales non dantur contra hæredes, nisi ... quuta fuerit sententia.*

73 *Di... citas non moritur.*

74 *A... na defuncti per hæredem exonerari debet.*

75 *In... cis delictum non soluitur morte.*

76 *N... ligentia non soluitur morte.*

77 *Dolus quando morte non soluatur.*

78 *Obligatio cum defuncto inita regulariter transmittitur in eius hæredem.*

79 *Prohibitio alienationis non extenditur ad alienationem post mortem.*

80 *Possessio quodammodo post mortem possidentis videtur continuata in hæredem.*

81 *Priuatur iure suo hæres veniens contra factum defuncti.*

82 *... ctum impugnans hæres incidit in pœnam contentam in eo.*

83 *Testamentū defuncti hæres impugnare non potest.*

84 *Distinctio notabilis, qualiter ex facto defuncti hæres teneatur.*

85 *Carcerari poterit hæres pro debito defuncti, quomodo procedat.*
86 *Dotandi debitum non soluitur*
87 *Alimenta debentur ab hæredibus viduæ.*
88 *Priuilegium datum marito & vxori, non soluitur morte alterius tantum.*
89 *Interpretandi facultas non soluitur morte.*
90 *Electio est debentis in dubio.*
91 *Instantia non soluitur morte.*
92 *Licet quandoque plus successori quàm defuncto.*
93 *Conditionis melioris non est hæres regulariter, quã defuncti.*
94 *Obligatur eodem modo hæres, quo erat obligatus defunctus.*
95 *Venditio retractari non potest in præiudicium defuncti.*
96 *Feudi alienationem factam per defunctum reuocari non potest per hæredem.*
97 *Pacta omnia tam actiuè, quàm passiuè transeunt in hæredem.*
98 *Dictio duntaxat an excludat similes casus.*
99 *Promissio de facto quando non soluatur morte declaratur.*
100 *Personas prorsus extraneas excludit dictio taxatiua.*
101 *Vidua post mortem viri retinet omnia priuilegia viri dum in viduitate permanet, & castè viuit.*
102 *Vidua Regis dicitur Regina.*
103 *Vidua ignobilis retinet nobilitatem mariti nobilis.*
104 *Vidua præsumitur esse adhuc in eodẽ matrimonio.*
105 *Vasallus priuatur feudo si cum vidua Domini concubuerit.*

129 *Qui statim moritur, pro non nato habetur.*

130 *Precium paruo tempore duraturum non consideratur.*

131 *Puniri de fuga non debet fugie[illegible]*

132 *Occupare possessionem alterius non dicitur ille, qui statim eam restituit, atque dimittit.*

133 *Conditio si decesserit sine filijs, verificatur licet statim moriantur.*

134 *Factum fuisse sufficit, licet non duret factum.*

135 *Excusatio tutelæ ob liberos non irritatur, si filij moriantur.*

136 *Fœmina ob masculos exclusa perpetuo dicetur exclusa, licet ipsi moriantur.*

137 *Natus in tempore, quo viuere non p[illegible]st, non reuocat donationem, nec testamentum r[illegible]pit.*

138 *Causa finalis in dubio præsumitur e[illegible], cùm sit mentio causæ.*

139 *Ratio legis est anima legis.*

140 *Verba legis sunt veluti corpus, ratio au[illegible]m, vt anima.*

141 *Ratio ampliat, seu restringit quamlibet dispositionem.*

142 *Ius idem statuitur vbi eadem militat ratio.*

143 *Causa impulsiua mortua non soluitur eius effectus.*

144 *Argum. non sumitur ex causa impulsiua.*

145 *Rescripta vitiantur per subreptionem non solum causæ finalis, sed etiam impulsiuæ.*

146 *Impulsiua causa in contractibus præsumitur.*

147 *Priuilegium ob numerum filio[illegible], licet moriantur.*

148 *Legislatore mortuo adhuc viget lex.*

149 *Cau[illegible] effectus quando sunt in diuersis subiectis,*

*vt pater & filius, mortua causa, quæ est pater, adhuc viget effectus eius, qui est filius.*

150 *Personæ plures concurrentes ad eundem actum, si vna ex ... moriatur, quando dicatur actus adhuc permanere, seu perfici posse.*

# TERTIA PARS
## *TOTIVS OPERIS.*

IAM satis suprà dictum est à nobis, quibus in casibus habeat locum dictum, Mors omnia soluit, reliquum est videre in quibus non procedat. & primò scias hoc non esse
1 verum i[illegible] spiritualibus, † prout est in anima, quæ penitus immortalis est, & incorruptibilis, Diuus Th[illegible] m. 1. part. Summæ, q. 75. artic. 6. iuxta dictum Saluatoris nostri, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Vnde in his quæ in anima imprimũtur,
2 mors non tollit. † vt caracter Sacramentorum, Baptismi, confirmationis, & ordinis, vt nouissimè in Conc. Triden. Sess. 7. c. 9. Quę sacramenta iterari non possunt etiam si quis à mortuis resur
3 geret, † Secundo non procedit in contractibus vlt. volun. & iudic. tam ciui. quàm crim. quemadmodum de singulis dicemus modò. conc. l. stipulatio ita. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de act. empt[illegible]. Bart. l. eadem. ff. de verb. oblig. l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. Signor. consil. 122. num. 3. l. cùm à matre. C. de rei vend. l. siue. C. de eu[illegible] Socinus consi

consil.124.num.76.vol.1. Dec.l.Neratius.num.3.ff.de reg.iur.Marsi.l.fin.num.53.de quæst.l.sepulcra.ff.de sepulcro viol.l.meminisse.C.ad leg.Iul. maiest.l. ex iudiciorum.ff de accusat.c.fina.24.q.2.cap.neque.87.distinct.l.apostatarum.C.de apostat.l. ex hoc iudicio.ff.de accusat.l.fin.ff.ad leg.Iul.pecul.Felin.c.si quis Episcopus.num.3.de hæret. Paris consil.155.num.6.volum.4.gl.cap. Summæ.24.quæst.2. Tertiò, quemadmodum maritus † alimenta præstare tenebatur vxori,ita & eius hæres. Alex.l.diuortio.nume.15. 4
ff.solut. matr. nisi transierit ad secunda vota, Alexan.consil.112.nume.6.vol.5.potest tamen per statutum loci certa quantitas declarari. Alexan.consil.31.num.8.volum.6. Paulus consil.40.nu.12.vol.3.Quartò licet singularis successor nō teneatur stare colono, †l.emptorem.C.loc.l.qui 5
fundum.ff.eo.Tiraq.in tract.*lignag.* §.1.gl.37.nu.37.Alba.consil.81.num.1.decis.Pedem.85.nu.6.vniuersalis tamen tenebitur.†Romul.l.filiusfamil.§.Diui.num.189.ff.de legat.1. Alex l diuortio.num.5.ff.solut.matrim.Alba.consil.108.nu.1.Cæphal.consi.131.num.5.consil.254.Guid.decisio.480.numer.4. Fallit hoc dictum quinque modis,de quibus per Bar.Soc.in tract. fall.vers. successor. Vnde nisi successor necessarius non tenebitur stare colono,de qua re conc.Cæphal.consil.256.num.1.decis.Bon.54.in term.num.1.Paulus l. nihil.§.fructus.num.2.ff.de leg.1.Rol.consil.49.num.2.vol.2. Quintò debita defuncti † hæres tenetur soluere, Lucas l fin.C.de primi. 7
lib.11.Boer.deci.157.nu.4.Sextò,† de euictione 8

tenetur, Ioan. in tracta. de exec. vlt. vol. §. consultis. num. 26. not. l. cùm pater. §. euictis. ff. de lega. 2. gl. & Bal. in l. si familiæ. C. fam. ercis. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. not. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act. l. 1. eodem tit. Bart. dict. §. duo fratres. numer. 25. Septimò actiones
9 tam actiuæ, † quam passiuæ transeunt etiam in hæredes. l. vnica. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. not. l. 1. C. ad Trebellia. Bald. l. 1. C. quorum leg. Bald. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. act. Ampl. etiam si sit fiscus hæres. l. eum qui. ff. de iure fisci. Ias. consil. 88. volum. 3. Secundò ampl. etiam si esset minor. l. pupillus. §. sed & si. ff. de auth. tu[...]or. l. prima. C. quãdo decr. opus non est. Octau[...]stante statuto, quòd debitor carcerari
10 possit; † eo mortuo eius hæres rectè carcerabitur, B[...]to. l. postulante. ff. ad Trebell. Ias. l. si cui. §. fin. [...]um. 3. l. diuortio. §. interdum. numer. 6. ff. solut. matr. Gomes. §. fuerat. numer. 35. Instit. de act. Iac. l. 1. num. 18. ff. si cer. pet. Chassan. consue. Burg. tit. *des cens*. Rub. 11. §. 6. nu. 1. Abb. consi. 86. num. 4. vol. 2. Dec. consi. 536. nume. 2. Fallit hoc quãdo debitor suam personam, & sua bona obligauit, Bart. l. si decesserit. num. 13. ff. qui satisda. cog. Asin. l. 5. num. 164. ff. de relig. & sumpt. fun. Nonò executio sententiæ contra defunctum la-
11 tæ etiam † contra hæredem fieri potest. not. l. ex contractu. ff. de re iud. l. si seruus. §. qui mar[...] ff. de leg. 1. l. hæredem. ff. de reg. iur. l. hæres. ff. d[...]
12 sucapio. Res enim ttansit cum sua causa. † l. vitia. C. de acq. poss. l. Pomponius. ff. eod. tit. Ias. §. fuerat. numer. 60. Institu. de act. Duen[...]eg. 277. vbi [...] ampli[...]

ampliat, & limitat pluribus modis, Angel l.creditores.num.7.ff.de pignor.Paris consil.29.nu. 22.vol.1.Socin.in consi.24.nu.8 vol.2.Fallit intra tempora conficiendi inuentarium. l.fi.§.donec.C.de iur.delibe.Ias.d.§.fuerat.nu.61.Boër. decisi.10.num.3.Duen.d.reg 277.limit.1.Chassan.consuetud.Burg.titu.*des successions*.Rub.7.§. 14.colum.4.num.9.Secundò fallit intra nouem dies à morte defuncti. Bart.Auth. vt cùm.de appel.cognosc.§.hæc autem.coll.8.Tertiò limitatur in hærede conuentionali. not.l.licet. C.de pact.Duen.d.reg.277.limita. 7. Quartò fallit in hærede cum beneficio inuentarij, contra quem executio non datur vltra vires patrimonij. l. fin. §.sin verò. C. de iure deliber. Socin. l. si decesserit.num.7.ff qui satisd.cogan. Quintò procedit tantum post aditam hæreditatē. l. 3.§.si quis ita. ff.de hæred.insti. l.3.§.si quis hæredi.ff.de statat.liber.Bart.l.si in diem.ff.de cond.& demon.Alex. consil.36.num.11.vol.3.Dec.l.hæredem.num.8. ff.de reg.iur.Docto.c.tua nos.de vsuris.Sextò & vltim.procedit,dummodo citetur,Petrus in sua praxi,nu.14.Ang.l.1.ff.de iud.Doct.Com.l.oratione.ff.de fer.Calcan.consi.18.nu.6.Capic.decisio.1.numer.14.Angel l.iudicio. num.29.C.de iudic. Decimò factum defuncti per hæredem confirmari debet, † Alba. consi.73.num.3.Fallit 13
quando hæres non habet illud, quod tenebatur testator ei relinquere, Curt.consil.1.gl.1.2.versi. familiæ.C.de inoffic.don.vbi Commun.Doct.l. 2. C. si quid in fraud. patro. not. l.cùm à matre,

C.de

C.de rei vend. Ratio huius decimi dicti est, quia censetur eadem persona cum defuncto. l. fin. C. de impub. Secundò, quia ex qua persona quis lucrum capit, not. l. secundum naturã. ff. de reg. iur. Alba. d. consil. 73. num. 2. Rol. consil. 97. nu. 48. vol. 1. consi. 57. par. 3. num. 72. Vndecimò fur

14 tum non soluitur morte, † quoad restitutionem faciendam per hæredem. Doct. Commu. l. si pro fure. ff. de cond. furt. Baldus l. 1. C. ne ex delicto defuncti. Duodecimò, heres repræsentat personam defuncti, Ias. l. duos. num. 3. ff. de leg. 1. l. re

15 coniuncti. num. 99. ff. de leg. 3. † Fallit in his, quę sunt facti, Ripa l. hæredes. numer. 137. ff. de vulg. Decimotertiò interdictum recuperandæ da-

16 tur hæredi, † sicuti defuncto dabatur. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi, & vi arm. quia vna, eademque persona censentur. §. 1. Authen. de iureiur. à mort. præst. l. cum quidam. §. fiscus. ff. de vsur. l. is cui. ff. de reg. iur. ideo vtitur iure defuncti, Soci. l. rem quæ nobis. colum. 6. ff. de acq. poss. Et licet possessio defuncti non transeat sine noua apprehensione. l. cum hæredes. ff. de acq. poss. l. Pomponius. §. quæsitum. ff. eod. l. si homo. ff. de vsucap. l. 1. §. apparet. ff. de crim. expil. hæred. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis test. lib. esse iussus fuer. l. si sorori. C. de iure delib. §. 1. Auth. de iureiur. à mor. præst. Docto. c. cum sit. de appell. l. 1. C. de edicto diui Adr. toll. Cyn. l. ea lege. C. de cond. ob causam, tamen si defunctus spoliatus fuisset sua pos-

17 sessione, † eius hæres restitui ante omnia deberet. Fallit, si defunctus possidebat tempore mortis, quia tunc hæredi non competit interdictum

recuperandę,ſed adipiſcendæ,Alex.d.l.cùm hę-
redes.& conſ.40.vol.3.Afflict.lib.2.conſt.regni,
in Rub.circa violent.col.3.num.3.deciſ.Bon.12.
nume.1.& ſeq. in term.dummodo intra annum
ſpoliati hæres nomine teſtatoris agere velit.glo.
c.cùm ad ſedem.verſic.interdictum.de reſt.ſpo.
c.ſignificauerunt.de teſtib.vbi Abb.in 3 no.Ti-
raquel.in tract.*le mort ſaiſit le vif.* 6.part.decla.4.
nu.8.Iac.Menoch.in tract.de recuper.poſſ.Re-
med.1.nu.364.ſecus poſt annum,Benedictus c.
Raynutius.verſic.mortuo.nu.87.de teſtam.Di-
dac.lib.vlt.var.reſol.cap.5.nu.5.Zuchard.l.fina.
num.108.C.de edicto Diu.Adr.toll.Alex.conſi.
83.num.3.volum.2.Afflict.c.1.§.ſciendum.in fi-
ne,de feud.cogn. Sed nunquid hæres ſit reſtitu-
endus, quando mortuo patre vera poſſeſſio ſta-
tim à ſpoliatore occupatur?† Reſp.quod ſic.Iaſ. 18
conſil.85.colum.1.vol.3.conſi.146.lib.4.volu.4.
Ripa l.1.§.hoc interdictum.num.14.ff.quorum
bon.l.fin.num.135.C.de reuoc.don.conſil.1.nu.
48.libr.1.Reſpon.Cæphal conſil.47.nu.41.Alc.
Reſponſo.250.nume.14.Crot.l.1.num.44.ff.de
acq.poſſ.Rebuff in comment.Reg.Conſt.vol.3.
tit de mater.poſſ.num.41.Tiraq.in tract.*le mort*
*ſaiſit*.6.par.decl.4.nume.4.Dec.conſil.84.Paris
conſil.41.num.12.vol.1.Bellonus conſi.35.nu.8.
Didac.d.lib.3.var.reſol.c.5.num.6.Alex.conſil.
37.num.5.vol.1.conſil.87.num.9.vol.2.Contra-
rium tenuerunt nonnulli hac in re, ſibi ipſis con
trarij.Alex.l.in ſuis.num.9.ff.de liber.& poſthu.
Zaſius conſil.10.num.22.volum 1.conſi 54.nu.
33.lib.3.Alciat.tract.præſumpt.reg.3.num.6.
Zuchard.

Zuchard.d.l.fin.num.107.C.de edicto diu.Adr. toll.Bereng.l.naturaliter. §.nihil commune.nu. 77. ff. de acq. Coraſ.lib.6.Miſcell.iur.c.14.num. 4. Bald. Authen. defuncto. colum. 3. C. ad Tertullianum. Hoc idem eſt in remedio adipiſcen-
19 dæ,† quod datur etiam fœminæ. Curt.conſil.21. num.7.Brun.conſil.1.num. 8. Afflict.deciſi.119. Gozad. conſil. 7. colum.1 Ruinus conſil.18.numer. 20. volum. 1.Paris conſil.22.num.66.vol.1. Socin.Iun.conſil.75.num. 28.lib.1.Alciat.conſi. 257.Tiraq.in tractat.*le mort ſaiſit*. part. 4. decl. 5. num.21.Port.conſil.1.num.47.Rol.conſil.2.nu. 27.volum. 3.dicit Com.eſſe,refert Iac.Menoch. in tract. de adipiſc.Remed.4.num.375.ad quem te remitto, qui latè de his loquitur.

20 Decimoquartò ius patronatus † trāſmittitur ad hæredes.Rochus in tract.de iur.pat.verſ.ipſe. num. & ſeq.latè in termin per totum declarat.

Decimoquintò præſcriptio continuatur in
21 hæredem.† Bar.l.litigator.C.de fru.& lit.expen. not.l. cùm hæres.ff.de diuerſ.& tempor.præſcr. l.ſequitur.§.fructus.ff. de vſucap. Ioan. Andr. in addit.ad Specul.§.fin. tit.de præſcr. Doct. Com. c.ſi diligenti.de præſcr. Paulus l.ſequitur.§.ſi hęres.ff.de vſucap. Pont.l.Pomponius.§.1.ff.de acqui.hæred.Bald.l.Ancillæ. C.de furt.

Decimoſextò pignoris obligatio non ſolui-
22 tur morte,† ſed ad hæredes tranſit, quando eſt annexa cū principali obligatione. l.eum qui §.qui ita. ff. de verb.obli.§.ſi ex conditionali.In-
23 ſtit eo.Paul.conſi.415.nu.7.vol.1. Decimoſeptimò publiciana,† quæ competebat defuncto hæred

redi competere poteſt,not.Doct.l.1.ff.de publ.l. cùm ſponſus.§ is cui.ff.eod.Alex.conſi.88.conſ. 90.vol.3.Balb.l.Celſus.in 2.p.nu.4.ff.de vſuca.

Decimooctauò dominium non ſoluitur morte,Doct.Commun.l.cùm hæredes.ff.de acquir. poſſ.§.fin.Inſtit.de hæred.qual.& diff.l.in ſuis.ff. de lib.& poſth. Vnde ex dominio exiſtente pœnes † defunctum, ſucceſſor rei vendicatione a- 24
gere poteſt.l.domum.C.de rei vend.l.ſiue poſsidetis. C.de prob.Bald.l.cùm res.l.inducia.C.de prob.Paris conſil.104.num.111.volum.1.

Decimononò pactum de † retrouendendo 25
tranſit etiam ad hæredes,Aug.Ber.conſi.163.nu. 2.num.13.volum.1.conſil.164.num.9.eod.volu. Doct. Comm.l.2.C.de pact.inter empt.& vend. Alexan.conſ.10.vol.1.l.qui fundum.l.fundi partem ff. de contr.empt.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.de act.empt.l.fin.ff.de contr.empt.

Vigeſimò, ſalarium quod aſſeſſori debitum erat, poſt eius mortem hæredi debetur,† Doct. 26
Com.l.diem functo.ff. de offic.aſſeſſ. Alba.conſil.91. Ampl. idem eſſe in ſalario aduocati.Curt. d.l.diem functo.num.53.vbi Iaſ.num.38.Decius num.15.Secundò ampl.in doctore legente, Calefatus l.1.num.165.ff.de offi.eius. Tertiò ampl. in medicis, Cæphal.conſi.6.volum.1.Viu.libr.1. com.opin.verſicu.87.Emanuel.tracta.de com. opin.verſic.mortui.

Vigeſimoprimò mortuorum † ſcripturæ for- 27
tius probant.not.l.ſcripturas.C.qui pot.in pig. habeātur.Paul.conſil.134.Iaſ.l.admonendi.col. 46 ff.de iureiur, Grau.conſil.6.num.53.Decius conſil.

consil.42.Bald.l.comparationes.C.de fide instr. l.inter cartulas.C.de conue.fisci.lib.10.decisio, Neapol.40.decisi. Cap.Thol.496.Paul.consil. 301.vol.1. Habet enim mors † vim iuramenti.Dec.l.1.col.2.C.de ædendo.not.c.2.de fid.instrum.Bart.l.admonendi.col.7.ff.de iureiuran. Boër. decisio.105. Item mors notarij vim habet signi & subscriptionis, Alexan. consil.14.libr.1. Curt. consil. 162. col. 2.Ias.l.1.colum.3.ff.si cert. petat.Docto.l.contractus. ff. de fide instrumen.
29 † Præterea instrumentum notarij mortui, carens aliqua solennitate semiplene probat, quod aliàs viuens nihil probaret, Bart. l.admonendi, colum.6.ff.de iureiur. Alex.consi.59. vol.2.con
30 sil.18.vol.7.Corn.cons.22.lib.3.† Quartò mors testium habet vim recognitionis.l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.Paulus consil.134.lib.1. Contrarium tamen tenuit cons.405.lib.2.Dec consul.42.Socin.consil.274.lib. 2.Baldus consil. 476.libr.5. Ratio prædictorum est, quia nemo
31 præsumitur mori in peccato † cum mendacio §.fin.Instit.de iniur. Crau. in termin.consil.15 num.7.latè.

Vigesimosecundò, mortui testis fides augetur, quia in mortis articulo mortis æternæ memor esse præsumitur.† l. fin. C.ad leg.Iul.repet.
32 c.sancimus.7.q.1.c.significauit, de homi.Baldus consil.476.volu.5. Calder.consil.25.de test. consil.15.tit.de vsur.Bart. & Doct.l.si quis in grauí.§.si quis moriens.ff.ad Syllan. Curt consil. c sicut de testib.Barb.cons.30.lib.1. Corn.co 186.lib.1.Crau.con.6.nu.52.Fallit quando est in pr

in præiudicium alterius, quia tunc tantùm præsumptionem faceret, Baldus, & Salic. Authen. si dicatur. C. de testibus. glos. & Angel. l. mater. C. de calum. Alexan. consi. 14. vol. 3. Socin. consi. 54. volu. 3. Sed ad hoc vt dictum morientis probet, oportet † quòd parte citata, & authoritate iudicis examinetur: satis enim est quod respondeat super interrogatoriis substantialibus, Barbat. c. Rayn. colum. 3. de testamen. Ioan. in pract. de arte test. caut. 11. numer. 5. 33

Vigesimotertiò quælibet dispositio vlti. vol. nostræ accipit vires à die mortis disponentis, vt † testamentum. l. 1. ff. de testam. Codicillus. l. 1. de iure codicil. Legatum. l. 3. ff. de leg. 3. §. legatum. Insti. de legat. & donatio causa mortis. te in summa. Instit. de donat. causa mortis. De quibus per Doct. Insti. de testa. in princ. Roland. in tract. de don. cau. mort. nu. 2. dixi ego in tracta. de Defin. defin. 76. num. 1. & defin. 77. & seq. num. 6. latè. 34

Vigesimoquarto, vsurarij † hæres tenetur omnia bona acquisita per vsuram restituere, gl. §. 1. versic. vnam. Authen. de iureiur. à mor. præst. gl. l. hæres. ff. de vsucap. c. tua nos. de vsur. Innoc. c. Michael. de vsur. Senens. consil. 11. Salic. l. 1. C. ne ex del. def. num. 8. Auth ad hæc. C. de vsur. l. 1. vbi Bart. nu. 8. ff. de priu. del. Paul. l. mulier nu. 4. ff. de cond. instit. idem Rubr. ff. de acq. hæred. numer. 4. 35

Vigesimoquintò vsucapio non finitur morte, † sed continuatur in hæredem, gl. §. 1. versi. vnam. Authen. de iureiur. à moriente præst. l. hæres. ff. de vsucapio. Distingue, vt per glossi. l. cum qui. §. 36

N præcor.

prætor.verſic.nec poterit. ff. de publ.in rem act. l.cum miles. ff.ex quib.cauſ.maior.l.nunquam. §.vacuum. ff. de vſucap. l.cœptam.ff.eod.tit. Tiraq.in tract, *le mort ſaiſit*.par. 1. declar.4.num.4.

37 Vigeſimoſextò, pœna † quæ à l. imponitur, tranſit ad hæredes. l. ſi ipſa. ff. quod met. cauſa.l. in hæredem. ff. de calum. l. Caius. ff. ad Syllan.c. parrochiano. de vſur. Doct. c. fin. de præſcr. c. in noſtra. de teſtib.l.furti.C.de furt.c. quanquã.de vſur. 6. Berta.in tract.de Gabell.4.part.num.31.

38 Vigeſimoſeptimò vidua † committens ſtuprũ poſt mortem viri non priuatur dote, ſicuti priuaretur per adulterium eo viuente, Alexan.l. ſororem. C. de his, quib. vt indig. Iaſ.l. fideicommiſſum.num. 3.C.de fideic.Dec.c.paſtoralis.nu.8. de iud. l. cùm quædam.num. 12.ff.de iuriſ.om. iud. Guielm.l.in ambiguis num. 208. ff. de reg.
39 iuris. Minor enim eſt iniuria, quæ fit mortuo, quàm ea, quæ fit viuenti. Didac. 4.lib.Decretal. 2.part. c. 7. §.6.num.10. Chaſſan.conſuet.Burg. Rub. deſ. 4.§.6.num.80.Duen.reg.12.limit.3.in fin. latè de hoc.

Vigeſimooctauò mors non ſoluit id, quod
40 † loco defuncti ſubrogatur. l. ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.§.fuerat.Inſtit.de act. Nihil
41 enim perpetuum eſſe poteſt, † niſi per ſubrogationem.l.eum debere.ff.de ſeru. vrb.præd.l.quædam.§.nihil.ff.de ædendo. ca. eccleſia. *il prim.* vt lit.pend.Dec.conſi.3.num.2.conſi.182.num. & conſi.432.num.20.Cæphal. conſil. 20.numer.2. Alba.conſil. 72. num.18.Oliuer.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.num.21.Socin.in tract.Fall.reg.375.

Socin.

Socin.Iun.l.1.num.241.ff.de leg.1.l.1.num.147. ff.ſolut.matr.Bart.l.pater. num.19.ff.de inoffic. teſtam. dummodo tendat ad id[illegible] 42 tẽ ſi ad diuerſum dirigatur.l.cum fundo.§. ſi fundus.ff.de iur.dot.Bar.l.comperimus.num. 4.C. de prox.ſacr.ſcrin.lib.11.Alex.l.certi.num 7.ff.ſi cert.petat.Dec.l. cum pro eodem.num.81.C.de ſent.quæ pro eo. Tobia §.ſed neque.num.5.Inſt. de teſta. Nam ſubrogatum dicitur illud, † quod 43 in alterius loco ponitur, Gramma. in ſua Dial. leg.lib.2.c.de ſubrogato.

Vigeſimononò, excipiendi ius morte non ſoluitur, † ſed tranſit etiam in vniuerſalem ſucceſ- 44 ſorem, Bart.l.in hoc.§.ſi inter.ff.com.d[illegible].Alex.l. ſi tibi.§.pactum, ff.de pact. Barto.l.ſi te[illegible]ius.§.ſi prius.ff.de aqua plu. arc.Doct.c.quia.d[illegible]dic.

Trigeſimò, filius in locum patris mor[illegible]i ſuccedit. † l.fin.C.de impub.§ fin.Inſti. de pa[illegible] pot. 45 Cæph. conſi.134. num. 8.Fel.c.afferte.colum.2. de præſcr. eſt enim filius pars corporis patris l. cùm ſcimus.§. fin.C.de agr.& cenſ.lib.11. Tiraq. l.ſi vnquam.in princ. num 15 C.de reuoc.dona. vnde in fideicommiſſum ſuccedit in locum patris, † & in omne ius, quod regulariter transfer- 46 tur ad ſuos gl l.cum ita.§.in fideicommiſſo. ff.de leg.2.Alexan.conſi.26.lib.3. Socin.conſil.51.nu. 19.volum 4.Iaſ. conſi.215.vol.2.Bert.conſil.256. vo[illegible]3.Ruin.conſil.12.num.14.v[illegible] [illegible]u.conſi.67.nu.5.Dec.conſ.79.Goza.con.4. nu.16.Paris conſ.76.num.6.vol.2.Corn.conſil. 102.vol 2 Duran.i[illegible]itu.de art.teſt. artic.5.caut. 27.§.cùm [illegible]us I[illegible]ſt.de hær.qual. & differ. Vnde

 ſtante

47 stante statuto, † quod nemo habeat officium in ciuitate, nisi habeat centum pro æstimo, si filius non hab[illegible]mum, satis est quod pater habeat ad hoc, vt filius admittatur ad officium, gl. l. 2. C. qui ætat. lib. 10. Ampl. etiam si seorsum habitarent, Bald. l. prætor. §. sed si. ff. de æd. add ad Bart. l. fin. num. 3. C. de impub. gl. & Doc. d. l. cùm scimus. C. de agric. & cens. lib. 11.

Trigesimoprimò, mortuo monacho non ex-
48 pirat † substitutio, nec fideicōmissum, quia illud
49 habetur loco filij, † glo. Authen. nisi rogati. C. ad Trebel. gl. & Bart. l. si ita. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Cæphal. consil. 62. num. 51. Nicol. de Vbald. in tract. [illegible] succes. ab intest. q. 2. num. 6. Alexan. l. vtrum [illegible] de verb. oblig. Afflict. decis. 320. nume. 9. c. [illegible]ua. §. nunc. 19. q. vlt. Doct. Com. Authen. ingr[illegible]. C. de sacrosanct. eccle. Aug. Bert. cap. in præsentia. numer. 260. de probat. Fallit hoc dictum quādo testator expressit, quod monachus non succedat, Decius d. c. in præsentia. num. 58. consil. 259. colum. 2. Alciat. consil. 502. nume. 4. Cuma. l. si ita. §. is cui. ff. de leg. 2. Didac. lib. 1. var. res. cap. 19. numer. 18. Lup. Rubric. de don. inter vir. & vxor. §. 47. num. 8. Cagnol. l. 2. num. 122. C. de pactis. inter empt. & vend. Ripa l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 9. ff ad Trebel. Aemil. consil. 109. nume. 17. Secundò fallit, quando monaste-[illegible] bonorū, vt dixi super. in 1. part. Tertiò fallit in succesṡione feudi, & hoc quan[illegible] monasterium commodè præstare non potest
50 seruitium debitum, † Afflict. decisio. 320. i[illegible] termi. Capic. decisio. 19. numer. [illegible] vbi dicit, hanc ess[illegible]

esse Com. Conc. Afflict. decisio. 83.num.14.vbi dicitur, quòd monasterium dicitur filius fictus, Boër.decisio.354.num.4.

Trigesimosecundò seruitus realis non soluitur morte, sed transit ad successorem, etiam singularem, † Docto. Com.l.cum fundo.ff.de seru. 51
rust. præd. Dyn.l.fin.ff. de noui oper.nunc. Florian. l. vt pomum.ff.de seru. Angel.l.fluminum. §.adiicitur ff.de damno infecto, Bar.l.si sub vna. §.1.ff.de verb.obli. Alex.l.stipulatio ista.§.hi qui. ff.de verbo.oblig. gloss.l.3.§.opus.ff.de alic.iud. mut. causa fact.

Trigesimotertiò, successor in ius defuncti eo iure, quo ille vti debet. † c.is qui.de reg.iur.6.l. 52
qui in ius.ff.eod. titu. Doct. l.quædam.§.nihil.ff. de ædendo. Ias.l.ait prætor.num.5. ff.de ... iur. Alexan.consil.12.num.8.volu.4. Non enim melioris conditionis successor est, quàm sit auctor. l.nemo plus. l.in omnibus.ff.de reg.iur.quod intellige in iure reali, quo casu actio iniuriarum transit ad hæredes, † quando continet rei perse- 53
quutionem, Dyn.d.c.is qui.nu.12.l.iniuriarum. ff.de iniur.l.pœnales. ff.ad l. Falci. §.sed hæredibus. Institut.de perpet.& tempor. act. l.fin.ff.de naut. fœn. l. 1.ff.de priu.del.gl.l.fin. C.de hæred. vel act. vend. l. si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut.conc.l.heredem.ff.de reg.iur.ibi, heredem eiusdem esse potestatis iurisque † cuius fuit de- 54
functus, constat. l.hæres.ff.de acq. hæred. l.cum hæredes.ff.de acqui.poss. Cagn.l.2.nume.45.C. de pact. inter empt. & vend.

Trigesimoquartò † mors inimicitiã non tol- 55

 lit,

lit, vnde ſepulchra hoſtium defunctorum de iure ciuili violari poſſunt, Marſil. l. fin. nu. 53 ff. de [illegible] ſepulcra. ff. de ſepulcro viol.

Trigeſimoquintò mortuo priuilegium dari
56 poteſt, † vt ille, qui viuus in ciuitate permanere non potuit in eam mortuus inferatur, Decius l. Neratius. num. 3. ff. de reg. iur.

Trigeſimoſextò mortuus abſolui poteſt ab excommunicatione, gloſ. c. à nobis. *il ſecondo*. de ſent. exc. Cagnol. d. l. Neratius. n. 2. & hoc quando apparet, viuum iniuſtè fuiſſe excommunicatum. gl. Summæ. 34. q. 2. c. fin. ead. q. Ioan. de Lig. in tractat. de cenſ. eccle. § 26. q. 45. nu. 21. Sicuti
57 è contra poſt mortem † quis excommunicari poteſt, gl. c. ad hæc. de priuil. Et ad funus ducendo
58 mortuum excommunicatum † incidit quis in excommunicationem. cap. ſacris. de ſepult. vbi Abb. & c. cùm ad monaſterium. de ſtat. monach. in prin. cap. is cui. §. talis. de ſent. excom. 6. Marſil. l. fin. num. 43. ff. de quæſt.

Trigeſimoſeptimò, vbi quis viuus manere nõ
59 poteſt, nec etiam mortuus ſepeliri poterit, † Decius l ſi is qui. num. 10. C. qui teſt. fac. poſſ. Bart. l. 2. ff. de cadauer. pun. Marſil. d. l. fin. numer. 26. ff. de quæſtio. Butigella in addit. ad Gandin. in praxi maleſ. Rub. de ban. in prin. num. 2. Nell. in tract. bannit. par. 2. temp. 3 q. 2. Docto. c. cùm ad [illegible] ſtat. monach. c 1. de torn[illegible] c. ſuper eo. de raptor. d. c. is cui. §. talis. de ſen[illegible] exc. 6. Dom c. omnis. de pœn. & remiſ. gloſ. c. ex parte. de ſepult. Anch. Clemen. 1. de pœn. & re-
60 miſ. oſſa tamen ipſorum, † qui in vrbe ſepeliri nõ po[illegible]

possunt, afferri poterunt ad ciuitatem, quia aliud est cadauer, aliud ossa. l. 2. §. prætor. l. ossa. l. liberum. ff. de relig. & sumpt. fun.

Trigesimooctauò, mortuo iniuria quandoque inferri potest, † gl. l. sororem. ff. de his, quib. vt indig. Bart. l. penul. ff. eod. tit. §. 1. Insti. quib. ex caus. man. non licet. §. quæ verò, in fin. Authen. de nup. Decius l. si is. num. 12. C. qui test. fac. pos. not. l. fin. ff. de publ. iudic. l. fi. ff. de vi publ. l. nemo. C. de infam. Salic. l. sororem. nu. 4. C. de his quib. vt indig. Flor. l. binas. ff. de seru. rust. præd. Dec. l. pupillum. §. in hæredem. num. 3. ff. de reg. iur. not. l. 1. ff. de adim. leg. Salic. l. 1. C. de secun. nupt. Vnde quis efficitur indignus † concumbens cum vxore defuncti. l. fideicommissum. C. de his, quib. vt indig. Anan. cap. 1. de ma[...]f. Bart. l. 1. ff. de his, quib. vt indig. Bald. consil. 4[.]8. vol. 1. Bart. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pub[...] & vectig. Doct. l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. Alex. l. sororem. C. de his, quib. vt indig. gl. & Paul. l. fideicommissa. C. de fideic. l. penul. C. de adulter. 61 62

Trigesimononò, stante statuto quod quis impunè spoliare posit bannitum, non habet locum in mortuo bannito. † Baldus d. l. sororem. Ron. l. gerit. ff. de acqu. hæred. nisi eodem actu, quo perficitur, etiam spolietur, quia ea, quæ incontnenti fiunt, censentur in esse. Marsil. l. fina. num. 1. ff. de quæst. dixi ego latè in tract. de reg. [...]r. reg. 5. ampl. 165. 63

Quadragesimò, mors non soluit † crimen hæresis. g. c. in Summa. 24. q. 2. c. fi. ead. q. Secundò nec crimen apostasiæ. l. apostatarum, C. de apo- 64

 statis.

65 statis. Tertiò,nec crimen læsæ Maiest. † l.meminisse. l. fin. C.ad l. Iul.maiest.l.ex iudiciorum.ff. de accus. & hoc quando contra principem facta est conspiratio,alioquin morte accusatio, & pœna perimitur. l. fin.ff.ad leg.Iul.maiest. Quartò, moriens in notorio crimine condemnatur.cap. neque.87.distin. Quintò,crimen perduellionis morte non soluitur, & repetundarum.l.ex hoc iudicio. ff. de accusat. Sextò, crimen peculatus
66 morte non soluitur. † l. vlt.ff.ad l.Iul.pecul.Feli. c.si quis episcopus.numer.3.de hæret.Imol.cap. quoniam.vt lite non cont.l.defuncto. ff. de pub. iud.glo.§.per contrarium. Instit.de hæred.qua. & differ.Paris consil.155.num.6.volu.4. Felin.c. cùm nobis.colum.4.de præscr. Septimò,crimen
67 vsuræ non soluitur morte. † not. Feli. d. c.si quis episcopus.glo.c.quorundam. 23. dist.c.tua nos. de vsu. Ioã. An.c.in literis. vers.idem.de raptor. Abb.c.Michael.nu.4 de vsur. Si hæres fecerit in-
68 uentarium, † tenetur tantum quatenus ad eum peruenit,non autem ad integras vsuras: si autem inuentarium non fecerit, tenebitur ad integras vsuras, etiam vltra vires hæreditarias. Fallit hoc secundum dictum in foro conscientiæ, gl. c. tua nos. c.Michael. vbi Innoc.de vsur.c.in literis.de raptor.not.cap.episcopus.12.q.2.Ioan.An.c.2. de vsur.6.nume.11. c.fin.de sepult.not.c.literas. de rescrip.c.2.de vsur.6.c.cùm tu.de vsur. 3. de solu. in foro enim conscientiæ non habet locum præsumptio,ideo asserenti standum est,qui vltra id quod accepit,grauari non debet.l.non debet. ff.de regu.iur. Et in foro conscientiæ ratio cessat confi-

conficiendi inuentarium. facit c. cum cessante. de app.conc.cum hac declaratione l. 1. vbi Bart. nume. 75. C. de sacrosanct. ecclesi. Bald.l.filium. C.famil.ercis.idem Rub.de acq.hæred.l.fin.q.6. C. de iure deliber. l. 1. C.de his,quæ pœnæ nom. l.furti. C de furt.Inno c.quia.de immun.eccle. Ioan. And. c.quanquam.de vsur.6. Ant.c.fin.de solut. Ioan. And.c.in literis.colum.8.de raptor. Igneus l. necessarios.§.non aliàs. ff.ad Senatusc. Syllan. Angel.l. si cui §.hæc stipulatio num.5.ff. si cui plus quam.

Quadragesimoprimò, mors non soluit pœnam, † quæ imponitur à lege, quæue rem ipsam 69
consequitur.Item & pœna,quæ imponitur à iudice,in his videlicet,quæ pendent ex contractu, quando delictum actione purgatur Item non soluitur in his, quæ non descendunt ex contractu, dummodo lis cum defuncto fuerit contestata, sin minus, tenebitur quatenus ex delicto percepit, si nihil percepit, non tenetur præterquam in condictione furtiua, pœna autem, quæ personæ cohæret, morte soluitur.l.sancimus.C. de pœ.c.quæsiuit.de his,quę à maiori parte cap. l.in hærede.ff.de calum.l.1.ff.de priu.del.l.sicut. ff.de reg.iur.l.pupillum.§.1 ff. eod.tit.Doctor.l. quoties. eod. tit. l. defuncto. ff.de public.iud.§. non omnes. Instit. de perpet. & tempor. act.l.in Senatus.§.si propter.ff.ad Turpil.l.fin. C.si reus, vel acc.mort.fuer.Angel.l.2. C. quando non. Marsil. l. fin. num. 18.ff.de quæstio. sed non quæ rei cohæret, Paulus l.Caius.ff.ad Syllan.vbi Ign. nu. [illegible] l.si pro fure.§.fin. ff.de cond.furt.Nam ab

70 hærede turpe lucrum extorquetur, † licet ipsa crimina iam extincta esse intelligãtur. l. in hæredem. ff. de calum. d. l. sicuti. ff. de reg. iuris. l. in hæredem. ff. de dolo. l. toties. ff. de reg. iur. l. 1. §. fin. ff. de vi, & vi arm. l. vi pulsus. C. vnde vi. l. 3. §. ex furtiua. ff. de pecul. l. cùm ex actione. §. Pedius. ff. quod met. causa. l. fin. ff. de eo, per quem factum erit. Deci. l. pupillum. nu. 3. ff. de reg. iur. l. quod in hæredem. §. si seruo. ff. de tributor. Brix. q. 81. Angel. in tract. de testamen. gl. fin. num. 6. Corn. consil. 37. numer. 24. volum. 3. Ampl. vt contra ipsos actio perpetua detur. l. quod autẽ. ff. quod met. causa, Bertach. tract. de gabellis, par. 9. ver-
71 sic. 5. Bar. l. 2. C. de vectig. Quia pœna † tunc ipso iure tra[illegible]it in heredem, & hæc in pœna, quæ imponitu[illegible] à l. quando autem à iudice, tunc idem est, ac s[illegible] ex contractu descendat, Pau. con. 63. nu. 3. volu[illegible]. 2. si autem ex delicto, tunc ad hæredes transit, si lis contestata fuit, dummodo vires hæreditatis non excedat, Bart. l. 1. ff. de priu. delict. Ias. l. si eum. §. qui iniuriarum. nu. 5. ff. si quis cau. l. si cum hominem. ff. de fideius. Dec. l. pupillum. §. 1. num. 5. ff. de reg. iur. Angel. in tracta. de testa. glos. fin. num. 8. Abb. cap. 2. numer. 75. de ordin. cogn. Quod dictum intellige in actionibus ciuilibus, quæ ex delicto nascuntur, nõ autem in cri-
72 minalibus, † & publicis iudiciis, cùm hæres in his, nisi lata sententia non teneatur. l. Iudicio[illegible] ff. de accusat. Bart. & Doct. Com. l. 1. C. ne ex d[illegible] def. Si verò lis contestata non sit, hæ[illegible]es ad ea ta[illegible] tum, quæ ob tale delictum est conse[illegible]utus, obligatur, nisi in actione furtiua, [illegible] qua etiã [illegible]num

num resarcire tenetur. §.fin.Instit.de oblig.quæ ex del.nasc.Ange.l.contra.§.si post. num.2.ff.rerum amot. l. si pro fure.§. fin.ff.de cond.fur.Bar. l.1.num. 2. ff.de priu.del. & hoc ad repellendam furtorum frequentiam. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.Corn.consi.414. nu. 6.vol.1.Mars.l.si is qui cum telo.num.75.C.de sicar. Quadragesimosecundo, dignitas non moritur. † c.liberti.12.q.2. 73
c.si gratiosè. de rescr. 6. vnde successor in dignitate ad onera tenetur.Abb.c.2.nu. 57. de or. cogni.l.licet.§.ex furtiua.ff.de pecul. Innoc.c.cùm dilectus.de ord.cogn.c.2.de oper.no. nunc.Bar. l.is cui. ff.eod.tit.& contractui inito obedire debet.c.dilecti. de foro comp. Quadragesimotertiò, hæres de iure canonico ex delicto defuncti ratione rei tenetur, † etiam lite non contestata, 74
vt defuncti anima liberetur, Ambros. in tract.de vsu.versic.sed quid.nu.234.Abb. c.fin.num.6.de sepul.Ana.c.in literis.de raptor.c. sanè.24.q.2.c. episcopus. 12.q.2.c.quanquam.de vsur.6.c.Episcopum. 16. q. 6.c.benè.96.distin.c.tua.de vsur. c.3.de pign.Bertach.in tract. de gabellis.4.part. q.20. nu.31.Florian.l.inde.§.hac actione.ff.ad l. Aquil.Bal.l.furti.ff. de cōd.furt. sunt enim bona pro restitutione obligata. c. Parochiano. de sepult.c.Archiepiscopatu. *il primo.* de rapt.Bald.l. 1.C. ne ex del.def.gl.l.filium. C.fam.herc.glos.c. [illegible] de decim.Brix.q.81.Ange.l.contra.§.si post. ff.de act.rerum amot. Decius l.pupillum.§.1.numer. 8. ff. de reg.iur. Dom.consil.3. Baldus l.furti.C.de furt.

Quadragesimoquartò, iudicis delictum, † nō solui-

ſoluitur morte, ſed eius hęredes obligati ſunt in ſyndicatu poſt litem conteſt. Angel. l. Iulianus. ff. de iudic. Baldus l. ſi filius. numer. 3. ff. de iudic. Ang. l. 1. ff. de priu. del.

Quadrageſimoquintò, negligentia non ſoluitur morte, vnde hæres tenetur de negligentia
76 eius, qui vltrò aliena negocia adminiſtrauit, † l. tutor. C. de neg. geſt. l. quicquid. C. de arbitr. l. 2. §. hæc autem. ff. de nego. geſt. idem eſt de dolo, & lata culpa, Paulus l. curatoris. num. 8. C. de neg. geſt. Bertr. conſil. 77. nume. 23. volum. 1. & ſi verò neceſsitate cogente aliquid defunctus egit, hæres eius de dolo tantum, vel lata culpa tenetur,
77 non autem de leui, † ſeu de negligentia, Alex. l. curatoris. num. 1. vbi Salic. num. 7. C. de negoc geſt. Cu[illegible] l. quod ad hęredem. ff. de magiſt. conuen. Fa[illegible]t primò, niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, quia tunc etiam de negligentia tenebitur. Secundò fallit, ſi cum damno pupilli quæſtum fecerit. Tertiò, ſi damnum gratia præſtitũ ſit. l. 1. & ſeq. C. de hære. tut. l. alio. C. de in litem iur. gl. d. l. curatoris.

Quadrageſimoſextò regulariter obligatio
